


26

26

26

26





2. *James G. Good*
James G. Good
James G. Good

117
Ramus quoque
et genit
and he or & pertam br.
and a chapter donee come de
yours.



Pj XVI - 19

MARCI TULLII
CICERONIS
ELEGANS,
AC PERVTILE COM-
PENDIVM.

AVTORE PETRO LAGNERIO,
COMPENDIENSI,

I

Insignes ad idem thema sententiae.

Bonavent.

II

Apophthegmata.

Titba

III

Parabolæ, siue Similia.

IV

Piaæ eiusdem aliquot Sententiae.

V

Addita sunt præterea è iure civili aliquot Axiomata.

THOLOS AE,

Ex Pralo Guydonis à Boudeneille, è Regione Fuxii.

CVM PRIVILEGIO.

M. D. XLI.



LECTORI.



VVM OMNIS, ORATIO, SEN-
tentijs, quām uerbis debeat esse ornatior, sitq;
elaborandū magis, ut sentētiarum grauitate,
quāmluce uerborū cōmendetur oratio, Istud
ego ferre diutius non potui, cūm tā multi le-
ctiōi Ciceronianæ, & dictioni eſt addicti,
illustres eius sentētias negligi, Cūm nō mo-
do bene dicendi, sed muliō etiā magis bene uiuēdi ratio, ab autoribus
petēda sit, Non enim nobis acuēda solū, aut procudēda lingua eſt, sed
complendum etiam pēctus, plurimarum, grauissimarumq; artium co-
gnitione, & scientia, ne strepitus ille uerborum, uel ornatissimorum,
& sonitus inanis, rideatur. Ut enim non admodum capitur legentis
animus, sentētiarum subtilitate, si est orationis ficitas, Sic nec flu-
mine inanum uerborum admodū cōmogetur, ubi nulla subest sentē-
tia, preclarè igit, & grauiter Cicero. C O M P O S I T E, & aptē
sine sentētijs dicere insania eſt. Sentētioſe autem sine uerborum or-
dine, & modo, infantia. Nos itaq; cū uideremus, quām plurimos, plus
rima eſſe conatos, quibus ad Ciceronis lectionem excitetur magis,
& inuitetur iuuentus, nec hoc quidem alienum studijs nostris duxi-
mus, aliquot tibi ex autore sentētias feligere, quibus tanquām stelis
notaretur, & illuminaretur oratio tua, Habes etiam à nobis eadem cu-
ra, & studio, selecta illustrum, & clarorum uirorum Apophthegma-
ta, Similia, & Parabolas aliquot, etiam eas sentētias, quae nobis pro-
ximè ad pietatem, religionemq; cristianam uidebātur accedere. Quae
nos omnia raptim, diligenter tamen, collegimus, multa etiam consul-
to omisimus, ne autorem ipsum potius transcripſisse, quām ex præci-

puis, quæ præcipua essent, selegisse uideamus, aliquid nonnurquam, sed
rarò, addentes de nostro, interdum etiam nonnihil immutantes,
quò tibi plenior esset, & apertior oratio, hunc nostrum qua-
lecumq; laborem, si probari audierimus, magnam sa-
tis, ac uberem fructū nostrorū laborum pere-
cæpisse uidebimus, ad graniora etiam
fortasse excitabimus. Vale.

¶ 48

‡

AD EVNDEM,

¶ Ne nos idem sæpius repetamus, quod pluribus locis cōmodissimè posse
sumus, id in eū locum, qui maximè proprius uidetur, reiecamus.
hac nota. j. uel. s. Atq; ne idem sæpius referamus, quæ in
Apophtheg. & Similia plenissimè contulimus,
adiecto principio, quod reliquum est,
suo loco disquirendū reliquimus.

Iterum. Vale.


¶ 48

‡.

A 7

CLARISSIMIS.

ATQVE PUBLICIS, LEGVM,
apud Tholosam professoribus ARNAL. Fere
verio, IO. Massebraco, IO. à Coras, ius
reconsultis. PETRVS Lagnerius
Compendiensis, perpetuum
felicitatem.



ETVS, & multorum, quondam ea fuit opinio, ut qui humanioribꝫ literis apprime esset ex cultus, frustrā in hac ciuilī philosophia, & hoc iure nostro uersaretur, quod(mibi credite) nulla adhuc cogitatione asequi potui, quare ijs ita uideretur, cum adeo limatus sit, & pressus iure a consultorū sermo, ita docta oratio, nihil ut ornatius dici, aut scribi posse existimē acutius, Huius ego generis homines, cū multis sepe rationibus fregissem, alterum atq; alterum nescio quem sibi proponebant, qui et si ad ius discēdum, multis adiuti literis, uenissent, nudi ad sens, & inanes, abierunt, Sed quī factum sit, teneo. Non enim ex eo quod docti essent, sed quod scallidē & inceptē ius nostrum, quo nihil est tersius, tractari uiderent, diu reuacui, & inanes recesserūt, dolentes ex liter, & incultē tractari studia, quibus orationis adhibenda esset ubertas quædam, & copia. Videas tamen nostrā adhuc memoriam non paucos. Grillo illi Homerico non admodum dissimiles, qui repertis frugibus, glandibus adhuc uescantur, quiq; certis quibusdam, destinatisq; sententiis addicti, & uelut quadam necessitate constricti, malint, quām semel in luerūt opinio nē pugnacissime defendere, ne quid videantur ignorasse, quām ea posita, aliquādo ad meliorem mentem redire, erragentiores quam

ut uelint, seniores quam ut sperent, indoctiores quam ut possint meliora
discere, felicitati seculi nostri inuidentes. Quorum ego opinione, uel quod
est uerius, errorem, uobis autoribus frāgam, & diluam facillimē. Qui cīsi
humanarū artium, eam sitis cognitionem, & scientiam consecuti, nemo ut
sit, quin diuinum uestrum illud ingenium, rāramq;, & singularem doctrinā
nam admiretur. Ita tamen estis in hoc iure uersati, ut naturā, non disciplina
nā iurecōsulti esse uideamini. Etenim q̄s est uobis, aut memoria felicitate,
aut optimarum artium studio, aut iuris scientia, aut illo genere doctrinæ
prestantior? Soleo sēpe ante oculos ponere, & multorum mecum eruditio-
nem repetere, sed pates doctrina paucos, superiorē adhuc profectō reperi-
nem. In omnibus plurimæ, nechā uulgares, sed iteriores quedam, &
recōditæ literæ, Mitridatica, uel diuina potius memoria, à quibus nihil ex-
cidat, quod suis omnibus numeris non sit perfectum, & absolutū, ut quod
non existimem disertum, id non putem esse uestrum, quemadmodum Ari-
starchus, Homerī negabat, quem non probaret, esse uersum, illud iam
ut uideam incredibili eruditione uestra, & opera esse effectum, ut la-
tine loqui incipiat Tholosana iurisprudentia, quæ uel hominum, uel quod
credo uerius, temporum iniuria, obmutuerat, grani profectō iuuētus dam-
no, & iacturā. Nunc autem post uestrum illum ab Italia redditum. Videre
uideor speciem quandam renascentis iurisprudentiæ, cuius ueram & expres-
sam effigiem nullam tenebamus, umbras tantū delectati, & imaginibus, ilia
ludq;, si res perga, quo cāpit ordine, propediem video futurum, ut non sit
habitata quare Italici inuideat, nostra iurisprudentia Tholosana, cui sua ut
Italis non desunt ingenia. Habet enim Athlantem suum, summæ uirtutis,
plurimarū, maximarūq; artium, Cācellarium I O A N N E M Dillier,
hominem (ni fallor) post homines natos, adiuuandos literarios conatus,
procreatū. Habet, & suum F E R R E R I V M, fidelem quidem, & huius
disciplinæ ciuilis professorem acutissimū, atq; ita doctum, ut is multorum
testimonio iurecōsultus existimetur, q̄ de eo uel candidè sentiat, uel hono-

rificè loquatur, quem & nobis interpretem, & præceptorē contigisse gana-
demus, & hæc ciuitas, dum erit perpetuō laudabitur. Habet & M A S
S E B R A C V M suum, hominem ut multi norunt, laudis cōtemptorem,
sed quavis laude dignissimum, quem tu in suo genere Rosciū, aut Isocra-
tē alterū appellare possis, nisi malis illū dici, ciuitatis huius oraculum.
Habet, & suum à C O R A S, de cuius summa eloquentia, singulari, in-
genio, admirabili memoria, nihil rā magnifice dici potest, illius quin adhuc
longè, multumq; superet uirtus, atq; industria, quem ut preceptorem amo,
& ut patrem perpetuō colam, atq; obseruabo. Etenim quis est tam tenui co-
gitatione, aut cuius animus tantis angustijs inuidie continetur, qui non
cum studiofissimè laudet, qui autore ingenio, rem sibi, & dignitatem repe-
rerit? qui in iure nihil defenderit, quod nō probavit, nihil oppugnabit quod
non euertit, qui iuris prudentiam nostram incomptam, atq; indotatam,
uerborum dote locupletarit, qui eadem omnia cōsecutus fit quæ uel in ora-
tore eloquentissimo, uel acutissimo iureconsulto, opinione hominum sunt
amplissima, ei ut non tam sit accessio querenda, quam sint, quæ sit conse-
cutus, conseruanda. Quæ cum sint ad amplitudinem, & dignitatem uestræ
huius Academiæ maxima, Non minora sunt tamenea, aut inferiora, quæ
à iuriis nostri canonici, professoribus, veniunt ornamenta, de quorum sin-
gulari eruditione, & doctrina non nihil dicerē, sed ipse uero, ne quotum
augere uelim, infelicitate ingenij minuam gloriam. Quid est enim in hoc
iure pontificio tam abditum, tam latens, aut retrusum, quod ille iuriis cana-
nici professor fidelissimus. D. à V I N D R A C non legerit, & semel
lectum perpetua memoria non custodierit, Quid uero tam arduum, tam
difficile, pugnans atq; cōtrarium. Quod BOERIVS noster, multo la-
bore non excutiat, & quæ mutuō disidere aidentur, non concordia iuna-
gat? Quid porrò tam obscurum implicitum, atq; confusum, quod R A Y-
NERII admirabili eloquentiā non omnibus familiare fiat, atq; obuium?
Nec mirum cum is sit ingenio peracti, studio flagranti doctrina eximia.

memoria singulari, Granus, meo iudicio ad docendum uaturam instruisti-
mus. Adegit præterea his tam præclaris ducibus, nō contemnendus, sed in-
structissimus iureconsultorum exercitus, ex quibus, nobis, si unus aut al-
ter esset nominandus, qui BERENGARIO illi Fernando, longe
omniū principi, præferatur, non facile reperiemus. Quo fit, ut eorum non
possim satis dānare uel leuitatem, uel improbitatem, qui de huius academicæ
dignitate non parum decessisse hoc tempore clamitent. Cum & sint nostri
interpretes, superioribus illis, eruditioē pates, acumine, & ingenio, nulla
ex parte inferiores, orationis uero ubertate, ac dicendi eloquentia, longe,
multumq; superiores, ut si uetus illud seculum cum nostro cōferatur, quasi
Diomedis arma, cum Glauco commutentur. Itaq; cū multis nominis
bus mihi congratuler tum uel in eo maximè, deum illum optimum mihi
propicium sentio, quod ijs me nasci temporibus uoluerit, quibus barba-
ries Tholosa exularit, suaq; bonis literis laus, amissum iurisprudentiae
decus, collapsa dignitas restituita sit, ipsa ut si ad nos iurisprudentia re-
deat, locum, quām hunc commodiorem nullum reperiat, ubi sedem suam po-
nat, illaq; scio, corām si adesset, nostris his tribus ciuilis philosophie pro-
fessoribus prolixè, & multis uerbis gratiam haberet, quorum summa cura,
atq; labore, dignitatem suam ad paucos iam redactam, à situ, & tene-
bris uindicarit, & quorum uirtute, tanquam quondam R O M A. Horas
tiorū fortitudine, indigna seruitute liberata respirarit. Itaq; cū mihi quo-
dam ad imitandum proposuerūt multos. Ego ex omnibus tamen tres, tanq;
Milciadem alterum delegi, quorū mihi uirtutem, & imaginem ob oculos,
uelut Crotoniatas uirgines Zeuxis perpetuo ponerem. Quos cū intelli-
gerem, summa semper cura, & labore utrumq; studium, & iuris, & bona-
rum literarum substinuisse, dedi quoq; operam, ne intermisso omnino hug-
manioribus studijs, stylus noster, si modo sit illus, penitus exaresceret,
Quod quo fieret commodius. Ego Papi. Pauli. Vlpi, cæterorumq; iurecon-
sultorum lectione fessus, tanq; qui à scorponibus isti sunt, ita à mansuea

sioribus misis remedium querens, interdum, & quidem libet, me refero
ad eas artes, quae me iam a puero, magnopere delectarunt. Et ut ipse mihi
non prodessem modo, sed ceteris. Ego C I C E R O N I S illustiores
sententias, quae ad unum, idemque thema facere videbantur selegi, quas satis
probari putabo, si uobis censoribus non displicuisse intellexero.

Accipietis igitur beneuole, hunc nostrum libellum, qui se
uobis dat adoptandum, uel si magis placet, arrogan-
dum. Hunc nos ornetis, & tueamini opera-
tet, quia uester arrogatione fac-
tus est. Valete. Tho-
losæ. Septi. Calend.

Septem. Anno.

1844

M. T. C I C E
RONIS, DE DEO, EIVS.
quæ natura sententia.

2. deleg.

In Vati.
testem.
Som. Sci
pionis

1. de nat.
deo.

1. de nat.
deo.

1. de leg.

2. de nat.
deo.

De resp.
Aruspi.



DIIS IMMORTALI-
bus, sunt nobis agendi capien-
da p̄ imordia.

Omnī rerum à diis immor-
talibus p̄incipia ducuntur.

Deus est qui uiget, qui sen-
tit, qui meminit, qui praeuidet,

qui regit, & moderatur, & est æternus.

Ea est dei uita, qua nihil beatius, nihil omnino bonis
omnibus affluentius cogitari pot̄, nihil enim agit, nul-
lis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur,
sua potētiā, & uirtute gaudet, semper exploratim fore
se semper tum in maximis, tum in æternis uoluptatibus.

In mūlo deus est aliquis, q̄ regit, qui gubernat, qui
cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerū uicissi-
tudines, ordinēsque conseruat, terras, & maria cōtem-

plans, hominum commoda, uitāsque tuetur.

De hominibus nulla gens est n̄eque tam imm̄sueta,
n̄eque tam ferrea, quæ nō etiā si ignoret qualē deum h̄a-

bere deceat, tamen habendum sciat.

Omnibus innatum est, & quasi insculpū esse deos.
Quis est tam uecors, qui cū suspexerit in calū deos.

esse non sentiat, & ea quæ tanta mēte fiunt, ut uix quis

Imploran
dū diuinū
auxiliū.

Quid sit
deus.

Deus ali-
quis.

Ciceronis.

quam arte illa ordinem rerum, atque uicitudinem persequi posset, casu fieri putet?

i. de. nat. Dij semper fuerunt, nati nunquam sunt, eterni sunt futuri.
deo.

Tuscu. Deum agnoscimus ex operibus eius.

Pro Ros. Cōmoda, quibus utimur, luce, qua fruimur, spiritu
Ame. quem ducimus, a deo nobis dari, et impartiri uideremus.

Diagoras. In Apo. 3.

3. de. nat. Illud uideto, ut deum noris, et si ignores, et locum
deo.

et faciem. +

als + sedē

Tuscu. Firmissimum hoc ad ferri uidetur cur deos esse crea-

Tuscu. damus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit
immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio.

Tuscu. Deus ipse qui intelligitur a nobis, alio modo intelli- Quomodo
gi non potest, nisi mens sit soluta, et libera, et segregata Deus co-
ta ab omni concretione mortali, omnia sentiens, et mo gnosti-
uens, ipsaque praedicta motu sempiterno. possit.

Deora. Cum ipsa natura, magnam homini facultatem dederit, Nihil ea-

2. de. nat. tamē deus esse putatur, ut et ipsū quod est hominum pro gregiū
deo. priū, nō p̄t p̄ nos, sed diuinitus ad nos delatū videatur. nisi a deo

Nō magnus sine aliquo afflatu diuino unquam fuit.

3. de. nat. Nihil est quod deus efficere non possit, et quidē si Dijs nihil
deo. nelabore ullo.

3. de. nat. Ut hominū membra. In Similib. 3.

deo. Sit hoc a principio persuasum hominibus, dominos Oia deo-
2. de legi. esse omnium rerū, ac moderatores deos, eaque gerantur, rū uolūte
eorum geri ditione, atque numime, eosque optimè de ge- te, et nu-
nere hominē mereri, et qualis quisque sit, quid agat, quid ture regu-
in se admittat, qua mēte, qua pietate colat religionē in- tur.

2. delegi. tueri, piorumque, & impiorum habere rationem.
1. de diui. Thales, qui sapientissimus. in Apoph. j.
- Deorū prudētia mundus administratur, idēmque cō
sunt rebus hūanis, nēq; folū uniuersis, ueruetā singulis
2. de. nat. Deorum prouidentia mundus administratur.
deo. Mala, & impia consuetudo est, contra deos disputā
2. de. nat. di, siue ex animo hoc fiat, siue simulatē.
deo. Homini timidē de p̄tate deorū, & pauca dicēda sun
p. l. ma. Cum à Simo nide. in Apoph. j.
- Nihil est illi principi deo, qui omnē hūc mūdū regit,
Som. Sci quod quidem in terris fiat acceptius, quām concilia, cā
tusque hoīm, quae ciuitates appellantur.
3. de. nat. Obscurum deo nihil potest esse.
deo. Ignorare deus non pōt, qua quisque mente sit.
2. de diui. Immortalia parētibus, oīa dijs īmortalibus debemus
Post red. Dijs immortalibus nos primum natura conciliat.
ad Sena. Prīma officia dijs immortalibus debentur. Plato.
- Res. aru. Donis impij ne placare quidē audēant deos, Plato nē au
1. off. diant, qui uerat dubitare, qua sit mēte futurus deus, cum
2. de leg. uir nemo bonus ab improbo se donari uelit.
- Cum multum animus prestet corpori. in p̄j. j.
2. de leg. Pietas grata ē deo, sūptus est remouēdus. in p̄j. j.
- Natura dux optima.

Et rārā
& timidē
de deo dī
sputandū
Concordia
dia deo
gratiss.
Deus oīa
cernit.
Oīa dijs
debemus.
Plato.
Deus nō
donū, sed
donantis
intuetur
affectionē.

C. Maior



Atura dux optima.

Parad. t.

Mater rerum omnium natura.

3. de fini.

Omnium est natura communis.

3. de fini.

Suācū iisque animantis natura est.

Ciceronis,

3. de fin.

Sua cuicunque natura est ad uiuendum dux.

Lelius.

Multis signis natura declarat, quid uelit, ac querat,
ac desideret, obsurdescimus tamen nescio quomodo, nec
ea, quæ ab ea monemur, audiimus.

Lelius.

Facile indicat natura uim suā, cum homines quod fa-
cere ipsi non possunt, id recte in altero fieri iudicant.

3. Tuscul.

Sitales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri, maturelū
& perspicere, eademque optia duce cursum uitæ cōficere mē, & uis
possemus, haud erat sanè quod quisquam rationem, ac do-
tū igni
ctrinam requireret, cum natura sufficeret. Nunc uero culos ex-
pulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis mori-
bus opinio qibūsque deprauatis sic extingimus, ut nus-
quām naturæ lumē appareat, sunt enim ingenij nostris
semina innata virtutū, quæ si adolesceret licet, ipsa nos
ad beatam uitam natura perduceret. Nunc autē simul at-
quæ editi in lucem, & suscepti sumus, in omni continuo
prauitate uersamur, ut penē cum lacte nutricis errorem
suxisse uideamur. Cum uero parentibus reddit, deinde
magistris traditi sumus, tum ita uarijs imbuimur erro-
ribus, ut uanitati ueritas, & opinioni confirmata, natu-
ra ipsa cedat.

3. Tuscul.

A natura ipsa descissimus, ut nobis optimam naturā
inuidisse uideamur.

i. de nat.
deo.

Omnes naturā duce uelimur.

i. de legi.

Natura duce errari nullo modo potest.

3. off.

Homo naturæ obediens, homini nocere non potest. Quod ne-

2. off.

Naturā ducem si sequamur, nunquam aberrabimus. naturæ id

2. off.

Nos naturam sequamur, & ab omni quod abhorret,

- ab ipsa oculorum, auriumq; comprobatione fugiamus. habēdū
i. Tuscu. Omnia quæ natura aspernatur in malis sūt, quæ ascī in bonis,
 scit in bonis.
- Ci. Ma. Quicquid homini naturaliter insitū est, eo uti decet,
 & quicquid agat, agere pro viribus.
- C. Ma. Oīa quæ secūdū naturā sunt, habēdā sunt in bonis.
- i. Tuscu. Nihil censeamus esse malum, quod sit à natura dāg
 rum hominibus.
- r. Tuscu. Nihil in malis ducamus, quod sit uel à diis immorta
 libus, uel à parente natura omnium, constitutum.
- C. Ma. Nihil est aliud gigantū more pugnare cū diis, quā
 naturae repugnare.

Omnia bona appetunt, sequē
 & sua diligunt.

3. de fini. Eip̄sos omnes natura diligunt,
4. de fini. Omnis natura est diligens sui
5. de fini. Omnis natura est conseruatrix sui.
4. de fini. Omne animal simul atque est ortum, applicatur ad se
 diligendum, atque in se conseruando occupatum.
4. de fini. Omne animal sibi ipsum commendatum est, ut se, &
 in suo saluum genere, incolumēque esse uelit.
4. de fini. Omne animal se ipsum diligit, ac simul ut ortum est,
 ita agit ut se conseruet.
2. de fini. Omne animal simul ut ortum est, & se ipsum, & om
 nes partes suas diligit.
4. de fini. Omnis natura uult esse conseruatrix sui, & ut sal

ua sit, & in genere conseruetur suo.

Loffi. Principio generi animalium omni est à natura tributum, ut se uitā, corpūque tueatur, declinetque ea, quæ ei nocitura videantur, omnīaque, quæ sunt ad uiuendū necessaria inquirat, & paret, ut pastum, ac latibula.

Pro Mil. Anō scripta, sed nata lex, quā nō didicimus, accepi mus, legimus, uerum ex natura ipsa arripimus, hauimus, expressimus, ad quam nō docti, sed facti, non insituti, sed imbuti sumus, ut si uita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela, aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expedienda salutis.

Pro Mil. Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mortibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnē semper uim, quacumque ope possent, à corpore, à capite, à uita sua, propulsarent.

4 Tusca. Naturā, omnes ea quæ bona uidentur sequuntur, fugiuntque contraria.

4 Tusca. Ut bona, naturā appetimus, sic à malis, naturā declinamus.

*3. de nat.
deo.* Appetuntur ea quæ secundum naturā sunt; declināturque contraria, & omne animal appetit quādam, & fugit à quibusdam.

Omnes malunt sibi esse recte,
quam alteri.

*oratio in
Val.
3. off.* **N**emo est tam demens, tamque parum de se cogitans, qui alienam uitā magis q̄ suā diligat. Sibi ut quisque malit quod ad uitā usum pertinet,

Vim ui re
pellere li
cet.

3. off. quām alteri acq̄rere, cōcessum est, nō repugnātē naturā;
Nostræ utilitates nobis omittendæ non sunt, alijsq; tradendæ.

Phili. 12. Qui multorū custodem se profitetur, eum sapiētes,
sui primum capitis aiunt custodem esse oportere.

Pro deo. Nemo ferē est, qui sui periculi iudex, nō sibilē æquio
rem, quām reo præbeat.

Ci. dolos. Tibi potius, q; cuius sis amicus.

bellæ l. 9. Et nos, liberos, & feræ, partus suos diligunt.
fa.

1. off.  Omnne omnium animatū est, cōiunctionis
appetitus, procreandi cauſa, & cura quadam
eorum quæ procreata sunt.

3. de fini. A natura ipsa, ut eos quos generim⁹, amen⁹, ifellimur

5. Tuscu. Bestiæ pro suo p̄tu ita propugnāt, ut uulnera excia
piant, nullos impetus, nullos casus reformidēnt.

2. de ora. Feræ, partus suos diligunt, & nos in liberos no
stros uti debemus ināl gentia.

4. de sin. Id natura tributum est, ut ij qui procreari essent, &
procreatoribus amarentur.

Post red. Nihil dulcius hominum generi à natura datum est,
ad. Q. quām sui cuique liberi.

3. actio. Nihil nobis natura iucūdīus, nihil charius esse ho
luit, nihil dignius, in quo oīs nostra dili gētia, indulgen
tiāque consumatur. Quare dum habemus partus liberos,
& incertū est, quām longa nostrum cūiūsque uita futu
ra sit, cōsulere uiui, ac prospicere debemus, ut illorū soli
tudo, & pueritia, quām firmissimo præsidio munita sit.

in Ver.

Pro cluē. Is pater est amēs, qui odit eum siue causa, quem procreauit.

2 de ora. Nō est boni, nequè liberalis parentis quem procreat, & eduxerit, eum non uestire, & ornare, præstet tim cum se locupletem esse negare non posset.

Pro cluē. Nullū est nomen amantius, indulgentiusque, quàm maternum.

Sunt obseruandi parentes,
non uiolandi.

Parentes charissimos habere debemus, quod ab his uita, patrimoniu, libertas, ciuitas tradita est. Parentibus nos primum natura conciliat, quos non alete nefari um est.

Cuiusmodi mater sit, tamen in iudicio filij, de turpi pudore parentis dici uix oportet.

Non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam æquo animo ferre oportet.

Pro Ros Ameli. Magnam uim, magnā necessitatē, magnā possidet Monstrū, religionē, paternus, maternusque sanguis, ex quo si qua árque por macula cōcepta est, non modo laui nō potest, uerū usque tentiū, nō eō permanat ad animum, ut summus furor, árque amen hoīem di tia consequatur.

Ci. lētulo epi. fa. I. Vim neque parenti, neque patriæ afferre oportet. q parentē Peccatum est, parentes uolare.

Pro Ros. Ameli. Magna est uis humanitatis, multum ualeat cōmunicatio sanguinis, portentum, árque monstrū certissimū est esse.

occiderit.

aliquē humana specie, & figura, qui tantum immanitate bestias uicerit, ut propter quos hanc suauissimam lucem aspicerit, eos indignissimè luce priuate, cum etiā feras inter se, partus, atque educatio, & natura ipsa conciliet.

Pro Ros. Nullum supplicium satis acre reperiri potest in eum,

Ama. qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, res si postularet, iura diuina, atque humana postulant.

4. Tusc. Nemo parricidæ supplicio, misericordia, cōmouetur.

Pro Ros. Maiores nostri cum inteligerent nihil esse tam san-

Ama. dum, quod non aliquando uolaret audacia, supplicium in parricidas singulare excoigitarunt, ut quos natura ip-

Parrici-
darū sup-
plicium.

sa retinere in officio nō posset, n̄ magnitudine penœ maleficio submoueretur, insui uoluerunt in culeum uiuos, atque ita in flumen deiisci, atque uidentur hunc hominem ex rerum natura subtiluisse, & eripuisse, cui repente cælum, solem, terram, aquamque ademerunt, ut qui eum necasset, unde ipse natus esset, careret ijs rebus oībus, ex quibus omnia nata esse dicūtur. Noluerunt feris corpus obijcere, ne bestijs quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur, non sic nudos in flumen deijcere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera quæ uiolata sunt, expiari putantur, denique nihil tam utile, nēque tam uulgare est, cuius partem ulam reliquerint, etenim quid tam est commune, quam sp̄ritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis uiuunt dum possunt, ut ducere animam de cælo non queant, ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat, ita iactantur fluctibus, ut nunquam abluantur, ita

postremo ejciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conq
uiescant.

Pro Ros. Solon cum interrogaretur. In Apoph. 3.

Ame.

Omnes discendi studio tenentur.

S. de fini.

Tantus est innatus in nobis cognitionis amor,
& scientiae, ut nemo dubitare possit, quin ad eas
res hominum natura nullo emolumento inuitata ca
piatur. Videmus ne, ut pueri, ne uerberibus quidem a con
templandis rebus perquirendisque deterreantur, aut pul
si requirant, aut aliquid se scire gaudeant, aut alijs nar
rare gestiant? Quid hero, qui ingenuis studijs, atque ar
tibus ita delectantur, ut ne ualitudinis, nec rei familia
ris habeant rationem, omniaque perpeti ipsa cognitione,
& scientia captos, & cum maximis curis, & cum labori
bus compensare eam quam ex descendendo capiant voluptatem.

S. de fin.

Est insita quedam, uel potius innata cupiditas scien
tiae, natique sumus ad congregationem, ad societatem,
ad communitatemque generis humani.

I. off.

Omnis trahimur, & ducimur ad cognitionis, & sci
entiae cupiditatem in qua excellere pulchrum putamus, la
bi autem, & errare, nescire, & decipi, & malum, & tur
pe ducimus.

I. off.

Cum sumus necessariis negotiis, curisque uacui, tum
auemus aliquid uidere, audire, discere, cognitionemque
rerum, aut occultarum, aut admirabilium ad bene, beatitud
iniuendendum, necessariam ducimus.

5. de fini.

Fictas fabulas è quibus utilitas nulla duci potest sūt
uoluptate legimus. Quid uolumus nomina eorū qui quid
gesserunt nota nobis esse, parentes, patriam, multa pre-
terea nō necessaria, Quid homines infima fortuna, nul-
la spe rerum gerendatū, opifices denique delectantur
historiæ, maximèque eos uidere possumus res gestas audi-
re, et le gere nelle, qui à spe gerendi absunt, confecti sea-
necture.

5. de fini.

In ipsis rebus qua discuntur, et cognoscuntur, invia
tamēta insūt, qbus ad discēdū, cognoscēdūq; mouemur.

Per gen.

Nemo est orator, q se Demosthenis simile esse nolit.

ora.

Optimus, et grauiſſimus quisque cōſitetur se multa
ignorare, et multa sibi etiā, atque etiā esse discenda.

5. Tuscu.

Omnia ſcire, cuiusmodi ſint cupere curiosum eſt, du-

5. de fini.

ci uero maiorum rerum contemplatiōe, ſummorum uiro-
rum eſt putandum.

Tu quam sit homo literarum cupidus.

quinto de finibus leges uberius.

Literarum laus, et utilitas.

4. ad her.

Rtes, uirtutis ſunt magistræ.

3. de ora,

Suauitate ſcietiæ nihil eſt homini iucundius.

2. dena. d.

Scientia nulla res eſt præstantior.

Pro arch.

Si ex literis deleſatio rātum peteretur, tamen hanc fit in lite

poet.

aſaduersione, humaniſimā, et liberaliſimā iudicaremus, vis uolup-

Nā ceteræ res, nēque tēporū ſunt, nēque etatū oīm, tas.



Quanta

nēque locorum. Hæc studia adolescentiam agunt, senes
et utē oblectant, secundas res ornāt, aduersis, perfugiū
ac solatium præbent, delectant, domi non impediunt fo-
ris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur,
quod si ipsi nēque attingere, nēque sensu nostro gusta-
re possumus, tamen ea mirari debemus, etiā cum in alijs
uideamus.

Ad Luce Studijs, ac literis, res secundæ ornantur, aduersæ
iū. 5. fa. adiuuantur.

Resp. in An ullum putas fieri posse ciuem egregium, qui non
sal. sit ijs eloquentiæ artibus, & bonis disciplinis eruditus?

An ulla alia esse putas rudimenta, & incunabula virtu-
tis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur?

2. Tuscu. Ut ager quanuis fertilis. In Simil. 3.

S. de fini. Multi cū in potestate essent hostium, ac tyrānorum. Literis dō
Multi cum in custodia, multi in exilio dolorem suum, do
Etrinæ studijs leuarunt. lor leuaq
t. r.

Pro silla. Literæ posteritatis causa repertæ sunt, quæ obliuioi
subsidio esse possent.

p Arch. Exempla omnia iacerent in tenebris, nisi literatum
poët. lumen accederet.

i. de leg. Nullius agricolæ cultu, stirps tā diurna, quam poæ

p Arch. tæ uersu seminari potest.

poët. Alexander cū in Sigéo. In Apoph. 3. Alexander

Orat. ad Nontam præclarum est scire latine, quam turpe ne
bru. scire.

Orat. ad Nescire, quid antequam natus sis, acciderit, id est
bru. semper esse puerum.

1. de inuē. Praeclarum mihi uidetur adeptus is, qui qua re homi
Epiſt. ad nes bestijs preſtant, ea in re hominibus iſpis antecellat.

Q. fīrem Plato tum deniq;. In Apoph. j. Plato.

1. Parad. Bias, cuius cum patriam. In Apoph. j. Bias.

1. de ora. Quis in eo summè elaborandum non arbitretur? ut
quo uno homines, bestijs preſtant, in hoc hominibus ip-
sis antecellat.

Artes coniunctæ.

p. Arch. M̄nes artes, quæ ad humanitatem pertainent, ha-
poet. bent commune quoddam uinculum, & quasico
gnatione quadam inter se continentur.

3. d. orat. Omnis ingenuarum, & humanarum artium doctri-
na, uno quodam societatis uinculo continentur.

2. de ora. Cæteræ artes, se ipſæ per ſe tuentur, singulæ.

Non eſt in literis, deſperandum.

1. de ora.  Vibus natura minora data ſunt, tamen illud af-
ſequi poſſunt, ut his quæ habeat modicè, & ſcie-
ter utantur, ut ne dedeceat.

3. de ora. Non eſt quod quisquam magnitudinem artium, ex
eo quod ſenes diſcunt pertimescat. Nāmque aut ſenes ad
eas acceſſerunt, aut uſque ad ſenectutem in ſtudijs deti-
nentur, aut ſunt tardifimi.

3. de ora. Literæ diſcuntur facile, ſi & tantum ſumas, quantū
opus ſit, & habeas q̄ docere fideliter poſſit, & ſcias ipſe

C iij

etiam discere, ita ut facilis usus doctrinam confirmet,
mediocris opera tribuatur, memoria studiūq; permaneat.

1. de ora. Non est interdictum, aut à recum natura, aut à le-
ge aliqua, à que more, ut singulis hominibus, ne amplius
quam singulas artes nosse liceat.

3. de ora. Interest magis eius qui discere vult, utrum unū oīa, an
omnia nemine. sed aliud aliū putet cōsequi posse, si enim
putabit omnia posse penes unum consistere, ipse quoque
ad omnium nitetur facultatem, si is desperabit, in paucis
se exercebit, ipsis enim contentus erit.

2. de ora. Multi sunt, qui desperatione debilitati, experiri id
nolunt, quod se a sequi posse diffidunt, sed pars est omnia
omnia experiri, qui res magnas, et magnopere ex-
petendas concipiunt, quod si quem aut natura sua, aut il-
la præstatis uis ingenij deficiet, aut minus in fructus
erit magnarum artū disciplinis, teneat eum cursum quē
poterit. Prima enim sequētem, honestum est in secundis,
tertijq; consistere. Non enim in poetis, homero soli lo-
cus est, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro. Nec
uero Aristotelem in Philosophia deterruit in scribendo,
amplitudo Platōis. Nec ipsis Aristoteles, admirabiliter
dam scientia, cæterorum studia restrinxit, nec solum ab
optimis studijs excellentes uiri deterriti non sunt, sed
ne opifices quidem se artibus suis remouerunt, qui aut Ia.
Elegans, lysi non potuerūt, aut CoæVeneris pulchritudinem imita-
ri, nec simulachro, Louis Olympij, aut Doriphori statua niosa ad
deterriti, reliq minus experti sunt, quid efficere, aut quo literas ad
progredi possent, quorum tanta multitudo fuit, tanta in hortatio.

suo cuiusque genere laus, ut cum summa miremur, infeariora tamen probemus, in oratoribus uero, grecis quidem, admirabile est quantum inter omnes unus excellat. Attamen cum esset Demo Ahenes, multi oratores magni, et clari fuerunt, et antea fuerat, nec postea desecerunt. Quare non est cur eorum qui se studio eloquentiae dederunt, spes infringatur, aut laguscat industria. Nam neque illud ipsum quod est optimum, desperandum est. Et in praestantibus rebus, magna sunt ea, quae sunt optimis proxima.

5. de ora. Natura nulla est, quae non habeat in suo genere res complares, dissimiles inter se, quae tamen, consimilares de dignentur.

2. de diui. Non dubium est, quin multi cum ita nati essent, ut Multū po quedam contra naturā depravata haberent, restiterent test ars, tur, et corrigerentur à naturā, cum se ipsa reuocasset, et diligē aut arte, aut medicina, aut quorū linguae sic inhærent, tia. ut eloqui non possent, hæ scalpello resectae liberarātur, multi etiam naturae uitium meditatione, atque exercitacione sustulerunt, ut Demo Ahenem scribit Phallereus, cum Rho dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissimè diceret.

1. de orat. In Demo Ahenetatum studium fuisse, tantusque labor dicitur, ut primum impedimenta naturae, industria, diligētiaque superaret, cūmque ita balbus esset, ut eius ipius artis, cui studeret primam literam nō posset dicere. nis studiū psecit meditādo, ut nemo planius eo locutus putaretur. Deinde cū spiritus eius esset angustior, tantū continēda

anima in dicendo est consequitus, ut una continuatione uerborum, binæ ei contentiones uocis, & remissiones contineretur. Quin etiam, ut memorie proditum est, coniectis in os calculis, summa uoce, uersus multos uno spiritu pronunciare consuecebat, neque is consistens in loco, sed in ambulans, atque ascensu ingrediens arduo.

1. de diu. Nihil est, quod longinquitas temporis efficere non possit.

2. de fini. Quærendi defatigatio turpis est, cum id quod queritur sit pulcherrimum.

Lelius. Non est consentaneum ullam honestam rem, actionem Laborum nō nemue, ne solicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam recusare, deponere. Quod si curam fugimus, uirtus fugienda est, dūs quæ necesse est, ut cum aliquacura, res sibi contrarias aspernetur, atque oderit, ut bonitas maliciam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudino.

3. de ora. Sine studio, & ardore quodam amoris, in uita nihil quicquam fit egregium.

2. de ora. Diligentia in omnibus rebus plurimū ualeat, hæc precepit colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est, quod non asequatur, qua una uirtute omnes reliquæ uirtutes continentur.

3. ad her. Parum ualeat doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia, comprobetur.

1. de ora. Quæ bona sunt, fieri meliora possunt doctrina, & quæ nō optima, acutamē aliquo modo, & corrigi possunt.

3. ad her. In omni disciplina, infirma est artis præceptio, sine summa assiduitate exercitationis.

Arts, usu,
& exerci-
tatione
plurimum
iuatur.

Ci. trebae Nulla ars literis sine interprete, & sine aliqua exer-
tio. F. epi citatione percipi potest.

sto. 7. Studia nihil prosunt perueniendi aliquo, nisi illud,
1. de ora. quod eo, quo intendas ferat, deducaturque, cognoris.

Nihil statim absolutum.

De cla.
orat. **N**ihil est simul & inuentum, & perfectum.
2. de ora. Nihil est in natura rerum omnium, quod se
euoleat, sed omnia quae sunt, queque aguntur acerrime,
leuioribus principiis natura ipsa praetexit.

3. de fini. Omnium rerum principia parva sunt, sed suis pro-
gressioribus usq[ue] augentur.

4. de inue.
c. Nihil in simplici genere omni ex parte perfectum,
atque beatum natura expoluit, tanquam ceteris non sit
habitura, quod largiatur, si uni omnia concesserit.

Nihil refert quam citò, si sat bene.

1. de ora. **E**t si utile est, subito s[ecundu]m dicere, tamē illud utilius,
sumpto spacio ad cogitandum, paratus,
atque accuratius dicere.

2. de ora. Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis
celeriter ea maturitatem affecutum.

Sapientis laus, & sapientiae commendatio.

4. Tuscu.

Sapientia est rerum diuinarum, & humanarum sciētia, cognitioque, quæ cuiusque rei causa sit, ex quo efficitur, ut diuina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat.

i. de legi.

Mater omnium bonarum artium est sapientia, à cuius amore, græco uerbo, Philosophia nomine inuenit, qua nihil à dys immortalibus uberioris, nihil florētius, nihil præstabilius hominum generi datum est. Hæc enim una, nos cum cæteras res omnes, tum quod est difficilimū, docuit, ut nos metipos nosceremus. Cuius præcepti tanta uis, tanta sententia est, ut ea nō homini cuiquam, sed delphico deo tribueretur. Nam qui seipsum norit, primū aliquid se habere sentiet diuinum, ingeniumq; in se suū, sicut simulachrum aliquod putabit, tātōque numine deorum semper dignum aliquid & faciet, & sentiet, & cum se ipse perspexerit, totūque tentarit, intelliget quemadmodum à natura subornatus, in uitam uenerit, quantāque instrumenta habeat ad obtinendam, adipiscendamq; sapientiam. Quoniam principio rerū omnium quasi ad umbras intelligentias animo, ac mente cōceperit, quis illustratus, sapientia duce, bonum uirum, & ob eā ipsam cauſam, cernat se beatum fore.

i. off.

Sapientia est rerum diuinarum, atque humanarum scientia in qua continetur deorum, & hominum communitas, & societas inter ipsos.

i. de fini.

Sapientia ars uiuendi putanda est, quæ mæstitiam pellit ex animis, quæ exhorrescere metu non sinit, qua præceptrice, in tranquillitate nisi potest, cupiditatum

Quid, nō
scere seip
sum.

ardore restincto.

3. tuscula. Sapientia est sanitas animi.

1. de fini. Sapientia sola est, quæ nos à libidinū impetu, & formidinum terrore vindicet, & ipsius fortunæ modestè ferre doceat iniuriam, & omnes doceat uias, que ad quietem & tranquillitatem ferunt.

4 d' fini. Sapientia, hominis est custos, & procreatrix.

1. Acadē. Hæc est una omnis sapientia, non arbitrari sese scire quod nesciat, ob eamque rem Socrates ab Apolline omnium sapientissimus est dictus.

2. off. Sapientia nihil est optabilius, nihil præstantius, nihil homine dignius, & que diuinorum rerum, & humanae scientia, cuius studium si quis uituperat, haud sane intelligo quidnam sit, quod laudandum putet.

3. tuscula. Illa est præstans, & diuina sapientia, perceptas penitus, & pertractatas humanas res habere, nihil admirari cum acciderit, nihil antequam euenerit, non eueneri posse, admirari.

2. d' na. d. Sapientia nihil est melius.

1. de inue. Ad rem publicam plurima ueniunt commoda, si moderatrix omnium rerum præstò est sapientia, hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluunt.

2. de fini. Oculorum est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non cernimus, quæ illa ardentes amores excitatet sui si uideretur.

cæcum. l. Laudem sapientiae statuo maxima, non aliude pendere,

s. fami. Dij

nec extrinsecus aut bene, aut male uiuendi suspensas habere rationes.

2. de fini. Nihil est turpius, quam sapientis uitam, ex insipientium sermone pendere.

1. offi. Qui ex errore imperitae multitudinis pendet, is in magnis uiris non est habendus.

5. Tuscu. Ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offendit, sapientem esse non prohibet.

8. Tuscu. Cum sapiens, & bonus vir suffragijs præteritus populi, a bono viro potius, quam ille a nano populo repulsa fuit.

Parad. 4. Sapientis animus magnitudine consilij, tolerantia rerum humanarum, contemptio fortunæ, uirtutibus omnibus ut menibus septus, uinci aut expugnari non potest.

3. Tuscu. Sapientis animus nunquam est in uicio, nunquam turgescit, nunquam tumet, nunquam sapiens irascitur.

Phi. unde. Est sapientis quicquid homini accidere possit, id praemeditari, & ferendum modice si aduenerit.

3. Tuscu. Sapienti nihil potest uideri magnum in rebus humana. In rebus suis, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota sit magna humanis, gniitudo. Nam, quid aut in studijs humanis, aut in tam nihil sae exigua uitæ breuitate magnum sapienti uideri potest? pienti uia qui semper animo sic excubat, ut ei nihil impropositum ac detur accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum, atque idem ita in omnes partes aciem intendit, ut semper uideat sedem sibi, & locum, sine molestia, atque angore uiuendi, ut quemcumque casum fortuna inuenierit, huc apte, & quiete ferat.

S. Tuscu. Nēque lātabitur unquam, nēque mārebit nimis, qui semper in seipso omnem spem reponet sui.

S. Tuscu. Sapienti malum nideri nullum potest, quod uacet turpitudine, aut ita paruum, ut id obruatur sapientia, uix que appareat, qui nihil opinione effingat, assumatque ad egritudinem, nēque id putet esse rectum, se quam maxima mē excruciarī, luctuque confici, quo prauius nihil esse potest.

S. Tuscu. Quisquis est, qui moderatio, & cōfātia polleat, quietus animo est, sibiique ipse placatus, ut nēque tabescat molestijs, nēque frangatur timore, nec sitienter quid expetans, ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens, dea liquefacat, is est sapiens.

Qui sit sapiens.

S. Tuscu. Vir temperatus, conflans, sine metu, sine egritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, is est sapiens.

S. Tuscu. Omnes qui in rerum cōtemplatione studia ponebant, sapientes, & habebantur, & nominabantur.

S. Tuscu. Qui omnibus uirtutibus instructi, & ornati sunt, tum sapientes, tum uiri boni dicuntur.

pcluent. Sapientissimus est, cui quod opus sit, ipsi nemit in mentem.

S. de fini. Quicquid à sapiente proficiscitur, id continuo debet expletum esse suis partibus, nec est sapientis dicere.

Ad treba. non putabam.

Fa. 7. Qui ipse sibi sapiens prodesse nēquid, nec quicquam

3. off. sapit.

Ad cæsa. Dicebat Ennius.

In Apoph. j.

Fa. 15. Misō,

In Apoph. j.

D iij

De fœlicitate sapientis, plura leges tertio
Tuscula. & Parado. finali & penultimo.

Parad.



Sapientissimus quisque æquissimo animo moria
tur, stultissimus iniquissimo.

1. de fini.

Stulti, malorum conscientia torquentur,
Sapientes, bona preterita renouata, grata recordatione
delectant.

1. de fini.

Nullus stultus beatus, & sapiens non beatus.

1. d. na. d.

Multa sunt incommoda in uita, quæ sapientes, como-
modorum compensatione leniunt, stulti, nec uite hec
nie itia possunt, nec ferre præsentia.

1. Tuscu.

Ut stultitia.

In simil.

Tu uide, primo de siibus plenissimè, quibus
curis, & angoribus, stulti confie-
ciantur, & quibus sapientes
perfruantur uolu-
ptatibus.

Stultitia.

3. d. na. d.



Stultitia maius est malum, quam omnia mala, &
fortunæ, & corporis.

De p. cō.

Omnium malorum stultitia est mater.

3. Tuscu.

Insipientia nullum maius malum est.

1. d. na. d.

Miserius stultitia, quid dicere possumus?

1. deleg.

Quid abiectius stultitia, dici potest?

4. Tuscu.

Omnes stulti insaniunt.

3. Tuscu.

Est proprium stultitiae, aliorum uitia cernere, obliuisci suorum.

C. Papi.

Stultorum plena sunt omnia.

pato. F. 9

Quarto Parad. & quinto, plura
legere potes.

Prudentia.

1. off.

Rudentia, est reram expectendarum scientia.

1. tascula.



Nihil est hominis prudentia dulcius, aut sagaci, ac bona mente melius.

5. tuscul.

Non potest esse iucunda vita, à qua absit prudentia.

4. defini.

Omnibus artibus uolumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio præsunt debent habere.

8. off.

In prudentia, duo uitia uitanda sunt, unum ne in cognita pro cognitis habeamus, hisque temerè a sc̄etiamus. Quod uitium effugere qui uolet, omnes autem uelle debent, adhibebit ad considerandas res & tempus, & diligentiam. Alterū est uitium, quod quidem nimis magnum studium, multāque operam in res obscuras, atque difficiles conferunt, eāisque non necessarijas.

1. off.

Ut quisque maximè prespicit quid in quāque re uerisimilum sit, quique accutissimè, & celerrimè potest, & uidere, & explicare rationem, is prudētissimus, & sapientissimus rite haberī solet.

1. Acad.



Hilosophandi ratio est triplex, una de uita, & moribus. Altera de natura, & rebus occultis. Philosophia Tertia de differendo, & quid uerum, & quid phia triplex, falsum, quid rectum in oratione, quid prauum, quid con- sentiens, quid repugnet iudicando.

1. de ora.

Philosophia in tres partes est distributa, in naturae obscuritatem, indifferendi subtilitatem, in uitam, atque mores.

2. off.

Cum tota Philosophia frugiferet, atque fructuosa, nec illa pars eius inculta, ac deserta sit, tamen nullus in ea færacior locus est, nec uberior, quam de officijs, a quibus constanter, honesteque uiuendi precepta ducuntur.

1. Tuscu.

Philosophia mater omnium bonarum artium, nihil est aliud, nisi (ut Plato ait) bonum et inuentum deorum. Hæc nos primum ad deorum cultum, tum ad modestiam, magnitudinemque animi erudiuit, eademque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit, ut omnia supera, infera, prima, ultima, media uideremus.

1. de ora.

Est laudatarum artium omnium procreatrix quædā, & quasi parens ea, quam Philosophiam græci uocant.

2. off.

Philosophia nihil est aliud, si recte interpretari uoluimus, quam studium sapientiae.

2. Tuscu.

Cultura animi Philosophia est, quæ extrahit uitia radicibus, & præparat animos ad satus accipiendo.

2. Tuscu.

Philosophia medetur animis, sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores.

Quid sit
Philoso-
phia.

3. *tuscula.* *E*s animi medicina philosophia, cuius auxilium non Animis me ut in corporis morbis petendū est fortis, omnibusq; opis dicina phibus, uiribusq; ut nos met ipsi nobis mederi possumus, et philosophia, laborandum est.

*De cl. ora
to.* Philosophia mater est omnium beneficiorum, beneq; diectorum.

5. *tuscula.* Vitiorum, peccatorumq; nostrorum, omnis à philosophia petenda est medicina.

3. *Tuscu.* Sine philosophia fieri non potest, ut sanus sit animus.

3. *Tuscul.* Ut medici, toto corpore curando. In simil. 3.

4. *Tuscul.* Radicem omnium malorum stirpitus philosophia se extracturam pollicetur, demus ergo huic nos excolendos, patiamurq; nos sanari ab ea, si boni, et beati uolumus esse, omnia adiumenta, et auxilia petamus, bene, beateq; uiuendi.

In Piso. Philosophia, uirtutes continet, et officij, et bene uiuendi disciplinā, quam qui profitetur, grauisimam mihi personam sustinere uidetur.

2. *tuscula.* Est philosophia, paucis contenta iudicibus, multitudineq; consulto fugiens, eiq; ipsa, et suspecta et iniusa.

C. *maior.* Nunquam satis dignè poterit laudari philosophia, cui philosophia qui pareat, omne tēpus ætatis possit sine molestia degere philælaus.

de uniuers. Nullum bonum philosophia optabilius, nullum præstantius, neq; datum est mortalium generi, deorum conuensi, neq; dabitur.

5. *tuscula.* O uitæ philosophia dux, O uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorum, quid non modo nos, sed omnino uita hominum sine te esse potuisse? Tu urbes peperiisti, tu dis-

spatos homines in societatem vix & conuocasti. Tu eos
inter se primo domicilijs, deinde coiugis, tum literari,
& vocum communione iunxit. Tu in ectrax legum, Tu
magistra morum, & disciplinæ fuisti, Tu vixce tranquil
litatem largita nobis es, & errorem mortis sustulisti.

s. tuscula. Nihil est dulcius otio literario, his dico literis, quibus
infinitatem rerum, atq; naturæ, & in hoc ipso mundo
cælum, terras, mari cognoscimus.

i. de divi. Tales Milesius ut obiurgatores suos conuinceret, o
stenderetq; philosophum, si ei commodum esset, pecuniam
facere posse, omnem oleam antequam florere cepisset. In
agro Milesio coemisse dicitur, animaduerterat fortasse
quadam scientia, olearum ubertatem fore.

s. tuscula. Qui cæteris rebus pro nihilo habitis rerum naturem
studiosè intuentur, & sapientiæ studiosi, & philosophi
habentur.

z. tuscula. Philosophi virtutis magistri.

s. tuscula. Magistri virtutis philosophi.

s. tuscula. Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt,
sed ex perpetuitate, & constante, resq; spectari oportet,
Orat ad non verba.

Bru. In philosophia res spectantur, nō uerba penduntur.

i. tuscula. A philosopho, si adferat eloquentiam, non aspernor,
si non habeat, non admodum desidero.

s. off. Sunt qui in rebus contrarijs parum sibi constant,
uoluptatem severissime contemnunt, in dolore sint mola
liores, gloriam negligunt, franguntur infamia.

z. tuscula. Ut si grammaticum professus sequi sp̄iam. In simil. 3.

Diues phi
losophus,

Z. tuscul. **Quotusquisq; philosophorum inuenitur**, qui sit ita
moratus, ita animo, ac uita constitutus, ut ratio postulat, In nostri
qui disciplinam, non ostentationem scientiae, sed legem seculi phi-
uite putet, quiq; obtemperet ipse sibi, ac decretis suis par-
lo sophos.
reat? Videre licet alios, rata leuitate, & iactatione, ijs ut
fuerit non didicisse melius. Alios pecuniae cupidos. Nō
nullos gloriae. Multos libidinum seruos, ut cū eorum uita
mirabiliter pugnet oratio, quod quidem est turpisimum.

Eloquentia.

Decl. or. **A**cis est comes, oīj q; socia, & iam bene confli-

u. deorat. tutae ciuitatis quasi alumna quædam eloquentia,

Nemo est qui nesciat initio genus huma-
num, in montibus, ac sylvis dissipatum, prudentium con-
silijs compulsum, & disertoru oratione delinitum, se opa-
pidis, mænibusq; sepissime.

u. de inue. Euit quoddam tempus, cum in agris homines passim,
besiatur more vagabantur, & uictu ferino sibi uitam
propagabat, nec ratione animi quicquam, sed pleraq; ui-
tibus corporis administrabant. Nemo legitimas uiderat
nuptias, nemo certos inspicerat liberos. Quo tempore
quidam magnus uidelicet vir, dispersos hoīes in agris,
& in locis sylvestribus abditos, ratione quadam compu-
lit in unum locum, & congregauit, & eos exferis, &
& immanibus, mites reddidit, & mansuetos.

pro Sext. Hoc tempore cū homines nondum, neq; naturali, neq;
iure ciuili descripto fusi per agros, atq; dispersi, vagan-
tentur, tantumq; haberent quantum manu, ec uiribus

per cædem, ac uulnera, aut eripere, aut retinere potuisse.
Exiit eunt uiri uirtute, & consilio præstanti, qui dissi-
patos unum in locum congregarunt. eosq; ex ferocitate
illa ad iustitiam, atq; mansuetudinem transstulerunt, &
inuento diuino, & humano iure, eos mænibus sepperunt.

pro Mur. *Dux sunt artes, quæ possunt locare homines, in am-
plissimo gradu dignitatis, una imperatoris. Altera orato-
ris boni, Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo
belli pericula repelluntur.*

pro Mur. *Grauis est, & plena dignitatis dicendi facultas, quæ
plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima sæpe
studia peperit.*

4. de fini. *Eloquentia principibus maximè ornamento est.
Decl. ora* *Eloquentia grandis est uerbis, sapiens sententijs, genere
toto grauis, manus extrema nō accessit opibus eius præ-
clare inchoata multa, perfecta non planè.*

2. off. *Nihil est eloquentia laudabilius, uel præstantius, uel
admiratione audientium, uel spe indigentium, uel eorum
qui defensi sunt gratia.*

2. off. *Nihil est tam inhumanum, quam eloquentiam, à natu-
ra, ad salutem, & conseruationem datam, ad bonorum pe-
stem, pernitiemq; conuertere.*

Parad. *Nihil est tam incredibile, quod dicendo non fiat pro-
babile. Nihil tam horridū, tam incultum, quod non splen-
descat oratione, & tanq; excolatur.*

Decl. or. *Vt hominis decus est ingenium, sic ingenij lumen, &
eloquentia.*

Eloquens, & disertus.

1. de ora.

BLoquens hoc uel maxime difert à diserto. Diserto enim qui potest satis acutè, atq; dilucidè, apud mediocres homines, ex cōmuni quadam hoa minum opinione dicere. Eloquens uero, qui mirabilius, & magnificentius, augere potest, atq; ornare, quæ uult, omnesq; omnium rerum, quæ ad discendum pertinent, fones, animo, ac memoriā continet.

¶ Si de laudibus Eloquentiae, delectatione, & artis difficultate plura cupias,
euolute diligenter librum de orat. & amapius, quod desideres, nihil erit.

Orator.

1. de orat.

NOmine oratoris, & docti, ornandus est, qui scelus, fraudemq; nocentis possit dicendo, subiçere odio ciuium, supplicioq; constringere. Idemq; ingenij præsidio, innocentiam iudiciorum pena liberare. Idemq; languentem, labentemq; populum, aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflamare in improbos, aut incitatū in bonos mitigate, qui deniq; quæcumq; in animis hominum motum res, & causa postulet, eum dicendo, uel excitare possit, uel sedare.

Dialecticæ, quædam, & Rhetoricæ differentia.

2. defini.

DEno Rheticam palmæ, dialecticam pugno similem dicebat, quod latius loqueretur Rethores, dialectici autem comprehensius.

E ij

Orat. ad
bru. Zeno ille, à quo disciplina stoicorum est, manu de-
mō arare solebat, quid inter dialecticam, & Rhetoricam
interesse set. Nam cum compresserat digitos, pugnūq; fe-
cerat. Dialecticam aiebat eiusmodi esse. Cum aut deduxe-
rat, & manū dilatauerat. Eloquentiam esse dicebat. hocq;
uno ait Aristoteles differūt, quod hæc ratio dicendi la-
tior sit, illa loquendi contractior.

Docti, quid maximē sit proprium?

L. lucæius Ruditus, oportet semper aliqd ex se promat, quod
ad ci. 7. F  alios delebet, aut se ipsum laudibus illustret.

L. off. Docti nō solum uiui, ac præsentes, studiosos
discendi erudiunt, atq; docent, sed hoc idem etiam post
mortem, monumentis literarum a se secuntur.

p Ro. Co Ingeniosus, laboriosissimè docet.
me. Q Vō quisq; est solertior, & ingeniosior, hoc docet
irac dius, & laboriosus, quod enim ipse celeriter
arripuit, id quum tardè percipi uidet, discruciatur.

Doctus inuisus, nisi probus.

2. off. Q Vō quis uersutior, & callidior, hoc inuisior, &
suspectior, detracta opinione probitatis.

de inue. Siquis, omis̄is honestissimis studijs rationis, & of-
ficij, consumit omnem operam in exercitatione dicendi, is
inutilis sibi, perniciosus ciuis patriæ alitur. Qui uero ita
se armat Eloquentia, ut nō oppugnare commoda patriæ,
uerū p ijs pugnare possit, is mihi uir, & suis. & publicis
nationibus utilissimus, atq; amicissimus ciuis fore uidet;

Doctri-
nae uita,
& mores
respōdeat

Ars militaris.

pro M. H.

REi militaris uirtus, præstat cæteris uirtutibus, oīa nostra studia, & hæc forēs laus, & industria, latet in tutela, ac præsidio bellicæ uirtutis, & simili arq; incubuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescūt. Omnia deniq; quæ sunt in imperio, in statu ciuitatis, à ijs defendi, & firmari putant, q; militari uirtute antecellūt.

pro Mur.

Multo plus adfert dignitatis res militaris, quam iuris ciuilis gloria, Vigilas tu de nocte, ut tuis consulto, tribus respondeas. Ille ut eō, quo intendit mature cū exercitu pueniat. Te gallorum Illum buccinarum cautus exuscitat. Tu actionē in situis, Ille aciē instruit. Tu caues ne tui cōsultores, Ille ne urbes aut castra capiant. Ille tenet & scit, ut hostiū copiæ, Tu ut aquæ pluviae arceātur. Ille exercitatus est in propagandis finibus, Tu in regendis.

pro Mur.

Due sunt artes. 3. in cap. de Eloquentia.

Consilium, & prudentia, armis, & rebus bellicis peferantur.

I. off.

Minuenda est horū opinio, qui arbitrantur res bellicas maiores esse quam urbanas, quamvis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen quam Solonis illustrius, citeturq; Salamis clarissimæ testis victoria, quæ anteponat cōsilio Solonis, ei quo primum constituit Apropagitas, non minus præclarum hoc, quam illud iudicandum est, Illud enim semel profuit, hoc semper proderit ciuitati.

1. off.

Non minorem utilitatem adferunt, qui to gati publicæ
præsunt quām qui bellum gerunt. Itaq; eorum consilio sæ-
pe, aut non suscepta, aut confecta bella sunt. Quare ex-
petenda magis est decernendi ratio, quām decertandi
fortitudo, temere enim in acie uersari, & manu cum hoste
configere, immane quiddam est, & beluarum simile.

Pro Ces-
cin.

Considerati hominis est, iure decertare, arnis non
contendere.

1. off.

Cedant arma togæ, concedat lauræ, lingue,

1. off.

Honestum efficitur animi, non corporis viribus.

1. off.

Parui sunt foris armæ, nisi sit consilium domi.

C. Maior

Non viribus, aut uelocitatibus, aut celeritate corporo-
rum, res magnæ geruntur, sed consilio, & auctoritate,
& sententia.

C. Ma.

Maximæ respublie per adolescentulos labefactate, magnæ
à senibus sustentatæ, & restitutæ sunt. Cum enim ad gus-
ternacula reip. temerarij atq; audaces homines accidunt,
maxima ac miserrima naufragia fiunt.

C. Maior

Dux ille grecæ nunquam optat ut Aiacis similes de- Agamen-
cem, habeat, sed ut Nestoris, quod si acciderit, non dubi- non, apd
tat, quin Troia breui sit peritura.

Pro Mur.

Temeritas, cum sapientia non commiscetur.

Home. li.

Iliad. 2.

Hæc plenius disputantur primo officiorum
capite. Sed cum plerique, quæ nos
consultò omisimus.

Consilium rem præcurrat.

2. de ora.



N rebus magnis, memoriaq; dignis, con-
silia primum, deinde acta, postea euentus
spectantur.

3. off.

Bene præcipiunt, qui uerant quicquam
agere, quod dubites, & quum sit, an iniquum.

4. off.

Non debemus quicquam agere, cuius non possumus
causam probabilem reddere.

5. off.

Ad rem gerendā qui accedit, caueat ne id modo con-
sideret, quām illa res honesta sit, sed etiam ut habeat effi-
ciendi facultatem, in quo, considerandum est illi, ne aut
temere desperet propter ignorantiam, aut nimis confidat
propter cupiditatem. In omnibus autem negotijs, priusq;
aggregare adhibenda est præparatio diligens.

6. off.

Suum quisq; noscat ingenium, acremq; se, & uitio-
rum, & honorū suorum iudicē præbeat, ne scenici plusq;
nos uideantur habere prudentiæ, ne uehistro uideat in
scena, quod non uideat sapiens in uita.

7. off.

Non est incommode, ex alijs iudicare, ut si quid dea-
decat in alijs, uitemus & ipsi. fit enim nescio quomodo,
ut magis in alijs cernamus, quām in nobis met ipsis si quid
delinquitur.

8. off.

Vt pictores, & ij qui signa fabricantur. In simi. 3. deceat.

9. off.

Ad ea eligenda quæ dubitationem adferūt, adhibere
homines doctos debemus, ul' etiā usu peritos, & quid ijs,
de uno quoque officij genere placeat, exquirere.

10. de fini.

Non eſſt satis iudicare quid faciendum, non facien-
dum ueſit, sed stare etiā oportet in eo, quod fit iudicatū.

11. de inuē.

Melius curātur ea, quæ consilio geruntur, quām quæ

Nihil pri-
us aggrea-
diendum,
quām ca-
pto consi-
lio.

Ex alijs
iudicādū,
quid nos,
maxime

sine consilio administrantur.

9. de inue. Domus ea quæ ratione geritur, omnibus instructior est rebus, & apparatiōn, quam ea quæ temerē, & nullo consilio administratur.

1. de inue. Exercitus is cui propositus est sapiens, & callidus imperator, omnibus partibus commodius geritur, quam is qui stultitia, & temeritate alicuius administratur.

Sinistrum quorundam consilium.

pro. C.R. **P**oc plerūq[ue] facimus, ut consilia euentis ponāc[em]eremus, & cui bene quid processerit, multum illū præuidisse, cui secus, nihil sensisse dicamus.

9. ad Attī. epi. 10. Nendum hominā humilium, sed etiam amplissimorum hitorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent.

Princeps.

Phil. 8. **M**Agnum est, personam in republica tueri principis qui nō animis solū debet: sed oculis seruire ciuiū.

Nimis multa audire coguntur, nōque aliter facere possunt, quibus tota commissa est res publica.

Phil. 14. Si quis de contentione principatus laborat, quæ nulla esse debet, stultissimè facit, si uitij, cum uirtute contēdit, ut enim cursus cursu, sic in uiris fortibus, uirtus, uirute superatur.

pro Sylla. Regū est ita uiuere. 3. de leg. Appetitus Rat. pareant.
Ut cupiditatibus principum. In Simi. 3.

C. lētu. fa. Quales in republica principes? In Apoph. 3. Plato

5. de legi. Non tantum mali est peccare principes, quamquam est magnū per seipsum malum, quantū illud, quod per

multi etiam imitatores principum existunt. Nam licet uideret, quæcumq; mutatio morum in principibus extiterit, eandē in populo securā. Nobilium enim uita, uicētūque mutata, mores ciuitatis mutari solent. Nec solum uita concipiunt ipsi principes, sed ea infundunt in ciuitatem nēque obsunt, quod illi ipsi corrumpantur, plūsque exemplo, quām peccato nocēt. Pauci enim admodum pauci, bonore, & gloria amplificati, uel corrumpere mores ciuitatis, uel corrigere possunt.

Populus,
quæ i principibus ui-
det, facile
imitatur.

2. off. Studiose plerique facta principum imitantur.

pro deiot. Turpe est eum ex quo pudoris pudicitia que petuntur, exēpla eundē in aliquo libidinis crimine comprehendendi.

Imperator.

14. Philip.  Imperatores appellandi sunt, quorum uirtute, & consiliis felicitate, maximis periculis seruitutis, atque interitus liberati sumus.

prole. Ma In summo imperatore, quatuor hæ uirtutes inesse debent. Scientia rei militaris, uirtus, auctoritas: felicitas. Imperatores

prole. Ma Hæ sunt uirtutes imperatoriae, labor in negocijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in cōficiendo, consilium in prouidendo.

prole. Ma Non solum bellandi uirtus in summo, atq; profecto imperatore querenda est, sed multæ sunt artes eximiae huius administræ, comitesque uirtutis. Primū innocentia, deinde oībus in rebus tēperantia, fide, felicitate, ingenio, & singulari humanitate, imperatores esse debent.

Parad. 5. Refrenet primū libidines, iracūdias teneat, spernas

uoluptates, coercat auaritiam, cæteras animi labes res
pellat, tum incipiatur alijs imperare, cum dedecori, & tur
pitudini parere desierit,

pro Ie. Non potest exercitum is continere imperator, qui se
Mani. ipsum non continet frugihominem dici, nō multum lau Quæ res
dis habet in rege, fortē, iustum, seuerum, grauem, ma gem maa
pro Reg. gnanimum, largum, beneficium, liberalē, & mansue ximē dea
deiōt. tum, hæ sunt regia laudes. ceant.

3. deleg.

3. deleg.

1. off.

Magistratus.

Magistratus, lex est loquens.

Magistratibus opus est, sine quorū prudentia,
ac diligentia, ciuitas esse non potest, quorum descriptio
ne, omnis reipublicæ moderatio continetur, nēque ijs so
lum præscribendus est imperandi, sed etiam ciuibus ob
temperandi modus. Nam & qui bene imperat, parnerit
liquando necesse est, & qui modestè paret, uidetur qui a
liquando imperet, dignus esse.

Omnino qui reipublicæ præsunt, duo Platonis præ
cepta teneant, Vnum ut utilitatem ciuium sic tueantur, ut Publica
quicquid agat, ad eam referant, oblii commodoru suu utilitas,
rum. Alterū, ut totum corpus reipub. curent, ne cum par præferen
tem aliquam tuerintur, reliquas deserāt. Ut enim tutela, sic da priu
procuratio reipublicæ, ad utilitatem eorum, qui commissi tæ.
sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est.

Ad. Q.
frat. epis.
prima.

Huc omnia sunt referenda ab ijs qui præsunt alijs,
ut qui eorum in imperio erūt, sint quam beatissimi, estq;
eius non modo qui socijs, & ciuibus, sed etiam eius qui

seruis, qui mutis pecudibus præsit, eorum quibus præsit
commodis, utilitatique seruire.

pro Sext. Sudandum est ijs, qui magistratum gerunt, pro cō-
munibus commodis adeundæ inimicitia, subeundæ sāpe
pro republica tempestates, cum multis audacibus, impro-
bis, nonnunq; etiam potentibus dimicandum.

pro C. Ra- bir. Est boni magistratus, cum auxilia reipublicæ labo-
factari, conuelliq; uideat, ferre opem patriæ, succurrere
saluti, fortunisq; communibus suam salutem posteriorem
salute cōmuni ducere, intercludere omnes seditionū vias.

Ex. I. A- Si populo consulis, remoue te à suspitione alicuius
gra. ad po- tui cōmodi, fac fidem, te, nihil, nisi populi utilitatem, &
fructum querere.

2. off. Nulla re conciliare facilius benevolentiam multitua-
dinis possūt ij, qui reipublicæ præsunt, quam abstinentia,
& continentia.

2. off. Est boni magistratus, commoda ciuium defendere,
non diuellere, atq; omnes, æquitate eadem continere.

2. off. Est proprium munus magistratus, intelligere se ge-
rere personam ciuitatis, debereq; eius dignitatem, & de-
cuss sustinere, seruare leges, iura describere, & ea fidei
suæ commissa meminisse.

2. off. Hi qui rempublicam tuebuntur, imprimis operam daa-
būt, ut iuris & iudiciorum æquitate suum quisq; teneat,
ut neq; tenuiores propter imbecillitatem circūueniantur,
neq; locupletibus ad sua uel tuenda, uel recuperāda, obſit
inuidia.

2. off. Imprimis uidendum est ei, qui rempublicam adminis-
trat.

Arabit, ut suum quisque reneat, & eorum resū sit copia,
quæ sunt necessariae.

3. delegi. Magistratus, nō obedientē, & noxiū ciuē mulcta,
uinclis, uerberibus sue coarceat, ne par sit, maior uero p̄tās.

1. off. Qui reipublicæ præsunt, legum similes sint, quæ ad
puniendum, non iracundia, sed æquitate ducuntur.

pro Mil. Munus eorum esse debet, resistere, & leuitati multis
tudinis, & perditorum temeritati.

1. delegi. Este ei, cui respublica commissa est, necessaria oratio,
& sapientia, qua regat populos, qua stabilias leges, qua
castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros
uiros, qua præcepta laudis, & salutis aptè ad persuadendū
edat suis ciuibus, qua hortari ad decus, reuocare à fla
gitio, consolari posse afflictos, factaq; & consulta for
tium, & sapientum, cum improborum ignominia semper
ternis monumentis prodere, Plerumq; tamen ad honores
adipiscendo, & ad rempublicam gerēdam nudi ueniūt,
& inermes, nulla cognitione terū, nulla scientia ornati.

pro Mur. Et boni magistratus, non solum uidere, quid agat
tur, uerum etiam prouidere, quid futurum sit.

In lælio. Bono uiro, nō minori curæ est, qualis respublica post
mortem suam futura sit, quam qualis hodie sit.

2. off. Caput est, in omni procuratione negotij, & muneris
publici, ut auaritia pellatur, uel minima suspicio.

2. off. Nullum est uitium terrius, quam auaritia, præsertim
in principib; & rempublicam gubernantibus, habere
enim quæstui rempublicam, nō modo turpe est, sed sceler
atum, & nefarium.

Magistris
tū gerent
tibus q̄ ne
cessaria
eruditio,
& doctrina.

Auaritia
in principi
bus, &
magistris
tibus fœ
dißima.

3. de legi. Senatorius ordo uitio careat, ceteris specimen sit, nec
ueniat quidem in eum ordinem quisquam, uitij particeps. Senator
pro sext. Imicemur nostros Brutos, Camillos, Halas, Decios,
Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, &
Æmilios, quos in deorū immortalium cætu, ac numero
repono, Amemus patriam, consulamus bonis, præsentis
fructus negligamus, posteritati, & gloria seruiamus.
Id esse optimum putemus, quod erit rectissimum. Speremus
quod uolumus, sed quod acciderit, feramus. Cogite
mus deniq; corpus uirtorum fortium, magnorumq; homi-
num esse mortale, animi vero motus, & uirtutis gloria,
pro flac. semipernam.

O conditiones miseras administrarum ciuitatum,
& provinciarū, in quibus diligentia plena simultatū est, in magis
negligentia uituperationum, ubi seueritas periculosa est,
liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perni-
tiosa, frōs omnium familiaris, multorum animus iratus,
iracundiae occultae, blanditiae apertae, uenientes prætores
expectant, præsentibus inseruiunt, abeentes deserunt.

4. off. Sunt qui quod sentiunt, etiam si optimum est, iniurie
dia metu non audent dicere.

LEX.

1. de legi. **L**Ex est ratio summa, insita in natura, quæ iubet ea
que facienda sunt, prohibetq; contraria.

Phil. 12. Lex nihil est aliud, nisi recta, & à numine deorum
tracta ratio, imperans honesta, prohibensq; contraria.

2. de ora. Legib⁹ pposita sūt supplicia uitij, præmia uirtutib⁹.

Quid sic
lex?

1. de legi. Virtuorum emendatricem legem esse oportet, commen-
datrixemq; uirtutū, ab ea enim uiuendi doctrina dicitur.

1. de orat. Docemur auctoritate, nutuq; legum, domitas habere
libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab a-
lienis mentes, oculos, manus abstinere.

2. off. Leges sunt inuentæ, quæ cum omnibus, una, atq; ea
dem uoce loquerentur.

In Vale. A maioribus nostris nulla alia de causa leges sunt. Quæ sit
inuentæ, nisi ut suos ciues incolumes conseruarent. ratio in-

2. de legi. Ad salutem ciuiū, ciuitatumq; incolumentem, uitamq; uentionis
hominum, & quietam, & beatam conditæ sunt leges. legum.

1. de inue. Ea uirtute, & sapientia maiores nostri fuerunt, ut in
legibus scribendis, nihil sibi nisi salutem, atq; utilitatem
reipublicæ proponeret. Néq; enim ipsi quod obesset, scri-
bere uolebant, & si scripsissent, cum esset intellectum,
repudiatur iri legem, intelligebant.

3. de leg. Nihil est tam aptum ad ius, conditio n̄emue naturæ,
quam lex, sine qua nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens,
nec hominum uniuersum genus, stare, nec rerum natura
omnis, nec ipse mundus potest.

pro cluē. Fundamentum libertatis, fons æquitatis, mens, &
animus, & consilium, & sententia ciuitatis, posita est Legū quā
in legibus. ta sit utili-
tas.

pro cluē. Ut membra. In Simil. 3.

p. Cecin. Ius amitti nō potest, sine magno incōmodo ciuitatis.

Ad pa. pæ. Omnia sunt incerta, cum à iure discessum est;

tū. l. F. 9. Maior hereditas uenit unicuique nostrum à iure, &

p. Cecin. legibus, quam ab ijs, à quibus illa bona relicta sunt. Nam

ut perueniat ad nos fundus testamento alicuius fieri possit, ut retineamus quod nostrum factum est, sine iure ciuili non potest.

3. off. Hoc spectant leges, hoc volunt, in columnen esse ciuitatem coniunctionem, quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent.

2. deleg. Legis ergo persuadere, non omnia ui, ac minis cogere.

1. de ora. Si esset ista cognitio iuris magna, ac difficilis, tamē utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum mltos ad discendi laborem impellere.

1. de orat. Domus iuriis consulti, est totius oraculum ciuitatis. Omnia iudicia, aut distractiōnē darum controvēsarium, aut puniendorum maleficiorum, causa reperta sunt.

Vtilitas
mltos ad
ius discē-

dum solet
inuitare.

Ius ciuale.

2. off.  Vris ciuilis, summo semper in honore fuit cognitio, atq; interpretatio.

pro Ceci. Nihil est in ciuitate tam diligenter retinendū, quam ius ciuale. Et enim hoc sublatō, nihil est quare exploratum cuiquam posse esse, quid suum, aut quid alienum sit, Nihil est quod æquabile inter omnes, atq; unum Ius omnibus esse posse.

pro Ceci. Ius ciuale eiusmodi esse debet, quod neq; in fleti gratia dulterari, neq; perfringi potentia, neq; adulterari pecunia posse non debet, Quod si non modo oppressum, sed eria desertum, aut sed studio negligentius adseruatum erit, nihil est quod quisquam se se, et diligenter habere certum, aut a patre acceptum, aut reliquitum ligenter obseruari.

pro Ceci.

Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuel
lit non modo iudiciorum, sed etiam utilitatis, niteq; com-
manis, Qui autem interpres iuris uituperat, si imperitos, con̄cepto
esse dicit, de hominibus, non de iure ciuili detrahit. Si im-
peritis non putat esse obtemperadum, non homines ledit,
sed leges, & iura labefactat.

S. off.

Verius iuris, germaneq; iusticie solidam, & expresa
sam imaginem nullam tenemus, umbra, & imaginibus
utimur.

Tu de iuris ciuilis commendatione, leges ple
niissime apud Cice, in oratione
pro A. Cecinna.

Arma legibus contraria.

pro Ceci.

Nihil est æquitati tam contrarium, atq; infestum,
quam cōuocati, armatiq; homines, nihil iuri tam
inimicum, quam uis.

S. de legi.

Nihil est exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium
iuri, & legibus, nihil minus ciuile, & humanū, quam con
stituta, & composita republicā, quicquam agi per uim.

pro Mil.

Silent leges inter arma, nec se expectari iubent, cum
ei qui expectare uelit, ante iniusta pœna luenda sit, quam
iuria repetenda.

Index, & quæ sint eius partes?

Pro R.
Comæ.
pro Plan.



Vdex est is, quem non minus bene de nobis existimare, quam secundum nos iudicare uelimus.
Semper iniquus est iudex, qui aut iuidet, aut fauet, debetq; in iudicio imbecillis esse inuidia.

6. in Ver.

Abducuntur nonnunquam iudices ab institutis suis,
magnitudine pecuniæ.

2. act. in
Ver.

Ingentes duitia, iudiciorum religionem, ueritatemq;
solent perfringere.

2. de ora.

Plura iudicat homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permissione mentis, quam ueritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula,
aut legibus.

p Cluen.

Est sapientis iudicis, meminisse se hominem, cogitare sibi tantum esse permisum, quantum commissum sit, & creditum. Et nō solum sibi soli potestatem esse datam, uerum etiam fidem habitum esse, meminisse, posse quemoderit absoluere, quem nō oderit, condemnare, & semper nō quæ uelit ipse, sed quid lex, & religio cogat, cogitare. Quæ sunt
iudici, diligenter
considea
randa. Animaduertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscatur, quæ res in quæstione ueretur. Cum hæc sunt uidenda, tum illud est hominis magni iudicis, atq; sapientis, habere in consilio legem, fidem, religionem, æquitatem, libidinem autem, & inuidiam, metum, cupiditates omnes amouere, maximi estimare cōscientiam mentis suæ, quam à diis immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non potest.

3. off.

Cum iudici dicenda sententia est, meminerit se deum

G ij

habere testem, Id est, mentem suam, qua nihil homini de-
dit ipse deus diuinus.

Pro R. Est sapientia iudicis in hoc, ut nō solum quid possit,
Posth. sed etiam quid debeat, ponderet, nec quantum sibi permis-
sum, meminerit, sed etiam quatenus commissum sit.

pro Font. Laborare debet iudices non modo quid dicant pro te
Simonio, sed etiam quibus uerbis utantur, ne quid minus Absit iū
moderatē possum, ne quid ab aliqua cupiditate prolapsū dicio uel
uerbum esse uideatur. Vultu autem laborare, ne qua signi minima
ficari possit suspicio cupiditatis, ut & cum produnt, exi cupiditas
Simatio sit quædam tacita de illis pudoris, ac religionis, tis suspicio
& cum discedunt, ea diligenter conseruata, ac retenta
uideantur.

3.off. Neq; contra rem publicā, neq; contra ius iurandum, ac Ponendā
fidē amici sui causa uir bonus faciet, nec si iudex quidem psona a
erit, de ipso amico, ponit enim personam amici, cum in mici, cùm
duit iudicis. Nam si omnia facienda sint, quæ amici uelint, induitur
non amicitiae tales, sed coniurations putandæ sunt. iudicis.

2.offi. Iudicis semper est, uerum sequi.

6.in Ver. Et boni iudicis, parvis ex rebus conjecturam facere
uniuersiusq; & cupiditatis, & incontinentiæ.

7.act.in Iudex bonus nemo esse potest, qui suspitione certa
Ver. non mouetur

p Cecin. Scriptum sequi calunniatoris & boni uero iudicis, dū potius
uolūtate scriptoris, auctoritatēq; defendere. Quæ lex hoīm uolū
enim, quod senatus consultū, quod magistratus edictū, tate, quam
nō infirmari, aut conuelli pot, si ad uerba deflectere uerborū
uerimus? consiliū autem, qui scripserunt, & rationem, pprietatio

Et auctoritatatem relinquamus. Non enim ex uestibus pēdet ius, sed uestba seruiūt hominum consilijs, et auctoritatibus, nec uestba ueniunt in iudicium, sed ea res, cuius causa uestba in leges coniecta sunt.

4. Ver. Dubium non est, quin omnes omnium pecuniae posse sint in eorum potestate, qui iudicia dant, et eorum qui iudicant, quum nemo nostrum possit aedes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere, cum ad iudicandum datur, iudex nequam, et leuis qui, de ipsis iudicet.

Præceptores.

3. de diuī.

Nillum munus reipublicæ afferre maius, melius aue possumus, quam si doceamus, atq; erudiamus iuuentutem, ipsis præsertim moribus, atq; temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omniū opibus refrenenda, atq; coercenda sit.

C. Maior

Nulli bonarum artium magistri, non beati putandi, quamvis consenserint vires, atq; defecerint.

Lælius.

Pedagogi negligendi non sunt, sed quodammodo colendi.

pro Plan.

Nemo est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui, atq; doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipse altus, aut doctus est, cum gratare cordatione in mente ueretur.

3. de orat.

Idem erant antiquitus uiuendi præceptores, atque dicendi.

1. de Fini. Ciuitas in seditione, non potest esse beata.

2. Offi. Proprium est ciuitatis, atq; urbis ut sit libera,
& non solicita suæ rei cuiusq; custodia.

2. Philip. Milies perire est melius, quam in sua ciuitate sine ar- Firmissi-
morum præsidio, non posse uiuere, præsidium charitate, munici-
& benevolentia ciuium septimoportet esse, non armis. tatis pro-

Parad, 4. Illa non est ciuitas, cum leges in ea nihil valent, cu sedium
iudicia iacent, cum mos occidit patrius.

de Peti. cō In hoc uel maximo uitiosa est ciuitas, quæ largitiœ
sul. interposita, uirtutis, & dignitatis obliuisci solet.

Ciuis.

Pro Milo.  Vi periculum non timet, proposita inuidia, mor-
te, pena, qui nihil segnius rem publicam defen-
dit, is uir uerè, & civis putandus est.

In Vale. Ciuis est is, qui patriam suam diligit, ac bonos omnes
saluos, incolumesq; desiderat.

§. In Ver. Ab omnibus, huiusmodi ciuis laudandus, ac diligen-
dus est, qui non solum reipublicæ ciuem improbum remo-
uet, ueruetiam seipsum eiusmodi fore profitetur, ac præ-
stat, ut sibi non modo communi uoluntate uirtutis, atq;
officij, sed etiam ut quadam magis necessaria ratiōe, rea-
tè sit honesteq; uiendum.

¶. Offi. Ciuem oportet æquo, & par cum ciuibus iure uiue-
re, neq; submissum, neq; abiectum, nec se se efferentem,
tū in republica ea uelle, que trāquilla, & honesta sunt.

Ad Atti. Nihil uiro bono, & quieto, & bono ciui magis con-
g. l.

Phil. 13. uenit, quām abesse à ciuilibus controuersijs.

Cuius non est habēdus, qui ciuile bellū cōcupiscit.

¶ Marc. Ingratus est, iniustusq; cuius, qui armorum periculo liberatus, animū tamen retinet armatum.

Parad. 4. Ciuem ab hoste non natura, ac loco, sed animo, facitq; di gingivimus.

Pro Sext. Hi et audaces, et mali, et perniciosi ciues putatur, Improbis qui incitant populi animos ad seditionem, aut qui largitione cecant mentes imperitorum, aut qui fortes, et clares viros, et bene de republica meritos in aliquā uocant inuidiā. Qui uero sceleratorū impetus et conatus represerunt, qui auctoritate, qui fide, qui magnitudine, animi cōsilijs audaciū resistiterūt. et boni ciues semper habitū sunt.

Respublica, et Patria.

L. deleg.

Respublica nomen uniuersae ciuitatis est, pro qua mori, et cui nos totos dare, et in qua omnia nostra ponere, et quasi consecrare debemus.

In Vale.

Eō omnis uitæ nostræ ratio trāsmittēda est, ut maxima nominis nostri famā, ex maximis in rep̄ublicam meritis collatis, posteris relinquamus.

Leli.

Bono viro. 3. in Magist.

Phil. 13.

Omnibus bonis expedit, saluam esse rep̄ublicam.

3. de fini.

Laudādus est is, qui morte oppetit p̄ republica, quod doceat chariorem esse patriam nobis, quām nos metipsoſ. Sordide Estq; illa vox inhumana, et scelerata eorū, qui negant se accusare, quominus ipſis mortuis terrarum omnīū deflagratio consequatur.

Pro Plan. Qui pro republica uitam reddiderunt, nusquam me
ad Plan. hercule eos mortem potius quam immortalitatem affec-
fa. deci. tos putauit.

Bru. ad. Nihil est ex omnibus rebus humanis præclarius, aut
prægantius, quam de republica bene mereri.

Cice. fa. Omni timore deposito, debemus libere reipublicæ
undec. consulere.

Pro sex. Imitemur nostros Camillos. s. de magistr.

Phil. 9. His, maiores nostri, qui ob rem publicā mortem obie-
rant, pro breui uita, diuturnam memoriam reddiderunt.

Phil. 2. Dao hæc moriens opto. In Apoph. 3.

Res aruf. Nō potest cuicunque male de republica merenti, iusta
esse causa.

Phil. 14. Magnus est in republica campus, multis apertus cur-
sus, ad laudem.

ii. inuest. Patria, est communis omnium nostrorum parens.

in Cati. Patria, est parens omnium nostrum:

ii. de ora. Non potest cognatio ullæ prior esse, quam patriæ

Philip. 5. Ipsa patria dici nix potest, quid charitatis, quid uo-
Ad Qui. luptatis habet:

post Red. Patria nihil dulcior, nihil charius, in uita esse debet:

In Valer. Est patriæ charitas maxima.

Ci. C. cas. Commune patriæ solum, & charum est. & iucundum, &
sio fa. 12. delebatibile.

4. i. catil. Nullus locus est domestica sedē iucundior:

ad Marc. Nullus locus nobis dulcior esse debet patriæ:

fa. 4. Nostra nos patria delectat, cuius rei tanta est uis,

i. de ora. ac tanta natura, ut ithacam illam in asperrimis scopulis,

Charum
omnibus,
et delectu-
bile pa-
tria solū

tanq; nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati
anteponat.

1. off. Chari sunt liberi, propinqui, familiares, sed omnes
oīm charitates patria cōpleteātur, pro qua nemo bonus
dubitabit mortem appetere, si ei sit profuturus.

R. Arus. Patriæ, nos primum natura conciliat.

S. tuscula. Patria est. in Apop. 3.

1. off. Si contentio quædam, & comparatio fiat, quibus plu- Teucer.
rimūm tribuendūm sit officij, principes sunt patria, &
parentes, quorum beneficijs maximè obligati sumus.

Ad Mar. Sapientis est, carere patria, & duri non desiderare.

Fa. 4. Malo sine periculo domi meæ esse, quam cum periculo

Ibidem. alienæ.

Ad At. 8. Pro patria, & in patria mori, præclarum:

In Vale. Nemo est tam in gratias, tam impius, tanq; nullius hu- Patriam
manitatis, q; si patriæ merita resumere uelit, non eam ma- tueri, &
gis, quam seipsum diligat. iuuare de-

Phil. 15. Nullus est casus, p dignitate, & libertate patriæ, nō bēmus.
ferendus.

Ih. Valer. Omnia, quæ à nobis geruntur, nō ad nostram utilita-
tem, & cūmodum sed ad patriæ salutem cōferre debemus.

1. off. Non solum nobis nati sumus; In Apop. 3. Plato,

4. ad her. Nullum est periculum, quod sapiens pro salute patriæ
uitandum arbitretur, hæc enim secum loquitur. Non mibi Insigne:
soli, sed etiā atq; adeo multò potius natus sū patriæ. Vita dictum,
quæ fato debetur, saluti patriæ potissimum soluatur.

pro Mil. Nihil est præstabilius viro, quam periculis patriæ li-
berare, beatiq; sunt hi, quibus ea res honori fuerit.

l. de Fini.

Pericula, labores, dolorem etiam, optimus quisq; pro patria, & pro suis suscipit, dolores deniq; suscipere maxime, quād deserere ullam officij partem.

4. adher.

Quoniam sunt omnia cōmoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria graue putādum est. At, qui patriæ pericula, sive periculo expetunt, iſ sapientes putādi sunt, cūm & eum quē debent honorem reipublice redūt, & pro multis perire maluit, quād cum multis. Etenim uolumenter est iniquum uitam à natura acceptam, quam propter patriam cōseruatis, naturæ, cum cogat reddere, patriæ, cum roget, non dare, & cum possis cum summa uirtute, & honore p; patria interire, male per dedecus, & ignauiam, uiuere, & cum pro amicis, & parentibus, cæteris necessarijs adire periculum uelis, pro republica, in qua, & hoc, & illud sanctissimum nomen patriæ conseruetur, nolle in discrimen uenire.

Phili. 10.

Cum dies & nōctes, omnia nos undiq; fata circumvenient, non eg; dubitandum, eum spiritum quem naturæ quisq; debet, patriæ reddere.

Philip. 14

Ofortunata mors, quæ naturæ debita, p; patria potissimum est redditia.

p Sext.

Cum omnibus definita sit mors, optandum est magis, ut uita quæ necessitati debetur, patriæ potius donacea, quād reseruata naturæ uideatur.

Philip. 14

Debemus gratā eorum uirtutem memorā prosequi, qui pro patria uitam profuderunt.

S. Scip.

Omnibus, qui patriam cōseruare, adiuuerint, auerint, certus est in celo, & definitus locus, ubi beatis

Vitam p;
Patria, si
roget, pa
fundēda.

ævo sempiterno fruantur.

Ad. M.

Cælium

2. Fami.

Cæl. ad

Ci. Fa. 8.

ad Marc.

4. fami.

Ad treb.

Fam. 7.

Peregrinatio.



Mnis peregrinatio obscura, & sordida est ijs,
quorū industria, in patria potest esse illustriss.

Omnibus peregrinantibus gratū est, mini-

marū quoq; rerū, quæ domi gerātur, fieri certiores.

In externis locis, minor est ad facinus heretūdina.

Multi suā rē bene gessere, & publicā, patriā procul,

Gloria.

Gloria est illustris, & peruagata multorū, & ma- Quid sie
p Marcel. gnorū, uel in suos ciues, uel in patriā, uel in omne Gloria.
genus hominum, fama meritorum.

3. Tuscul.

Gloria est solida quædā res, & expressa, nō adum-
brata, ea est cōsentīens laus bonorū, incorrupta uox bene-
iudicatiū de excellēti uirtute, ea uirtutis resonat, tāquam
imago gloriæ, q̄ quia recte factorū plerūq; comes est,
nō ex à uiris bonis repudiēda est. Illa uero q̄ se eius imi-
tatrixē esse uult, temeraria atq; incōsiderata, & plerūq;
peccatorū, uitiorūq; laudatrix fama popularis, simula-
tione honestatis, formā eius, pulchritudinēq; corrūpit. Tu-
erog, quæ habent speciem gloriæ collecta ex inanissimis
splendoris insignibus, contemne, brevia, fugacia, & ce-
duca existimā.

2. offi.

Vera gloria radices agit, atq; etiam pragatur, ficta fert uera,
omnia tanquam flo sculi celeriter decidunt, nec simulatum à ficta
quicquam potest esse diuturnum. Quid dif-
gloria,

- De Cla. Honos est præmium uirtutis, iudicio, studioq; ciuiū
 Ora. ad delatum ad aliquem. Qui eum sententij, qui suffragijs
 Bru. adeptus est, is mihi & honestus, & honoratus uidetur.
Phi. 14. Is uerus triumphus est, cum bene de Republica meri-
 tis, testimonium à consensu ciuitatis datur.
Ad Plan. Is honos uideri solet, qui non propter spem futuri
to. fa. beneficij, sed ppter magna merita claris viris defertur,
 & datur, est que non instrumentum ad tempus, sed per-
 petuae uirtutis præmium.
ad M. Ca Ea est profecto iucunda laus, quæ ab his proficiuntur,
to. 15. fa. qui ipsi in laude uiixerunt.
Pro. R. Is mihi uidetur amplissimus, qui sua uirtute, in altio-
Amae. rem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incom-
 modum, & calamitatem.
2 d' na. d. Suscepit uita. 3. de Virtute.
3. Tusci. Quæ melior in genere hominū natura, quam eorū,
 qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruan-
 dos, arbitrantur? Abiit ad deos Hercules, nunq abijset,
 nisi cum inter homines esset, eam sibi uiam munijset.
In Vale. Eò omnis uita nostra ratio. 5. de Rep.
Phil. 14. Atqum præclarè cū ijs est, quorū uirtus nec obliuioe
 eorū qui sunt, nec reticētia posterorū sepulta esse poterit.
Phil. 14. Brevis uita data ē. At memoria bene reditæ uitæ sem
 piterna: quæ si nō esset longior quam hæc uita, quis esset ta at glo-
 tam amens, qui maximis laboribus, & periculis ad sum-
 mam laudem, gloriāq; contenderet?
Pro. C. Exiguum nobis uita curriculum natura circunscrlia-
Rabi. psit, immensum gloriæ.

pro Sex.

Vita breuis est, gloriæ cursus sempiternus.

i. Tuscul.

Breue tempus ætatis, satis longum ad bene uiuendum.

i. Tuscul.

Honos alit artes, omnesque incendimur ad studia gloria, iacentque ea semper quæ apud quosque improbantur.

p Arch.

Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maximè gloria ducitur. Ipsi illi Philosophi etiam, in illis libellis quos de contemnda gloria scribunt, nomine suum inscribunt, in quo prædicationem, & nobilitatem despiciunt, prædicari de se, ac nominari uolunt.

i. Tuscul.

Opifices post mortem nobilitari uolunt, Quid enim Phydias sui similem speciem inclusit in clypeo Mineruæ cum inscribere non liceret? Quid nostri Philosophi? Non in his ipsis libris quos inscribunt, de contemnda gloria, sua nomina inscribunt.

p Arch.

Nemo est tam auersus à musis, qui non mandari ueribus eternū suorum laborū facile præconium patiatur.

p Arc. po.

Themistocles. in Apop. 3.

Themistocles.

i. Tuscul.

Poætae post mortem nobilitari uolunt, unde illud.

Aspicite o'ciues, senis Ennyi imaginis urnam.

Hic uestrūm † finxit maxima fæsta patrum.

Mercedem gloriæ efflagitat ab his quorum patres affecerat gloria, Idemque.

i. Tuscul.

Nemo melachrimis decoret, nec funera fletu-

Faxit: cur uolito docta per ora uitum.

s. off.

Vix innenitur, qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

i. Tuscul.

Nemo unquam sine magna spe immortalitatis, se pro-

patria offert ad mortem.

C. maior. Perfecti homines, & excellētibus ingenīs præditi, excitantur spe gloriæ, quæ habet formam honestatis, & similitudinem.

p. C. Rab. Nemo nostrum in reipublicæ periculis, cum laude, ac uirtute ueratur, quin spe posteritatis, fructuq; ducatur.

I. tuscul. Cū optimus quisq; maximè posteritati seruat, esse aliquid uerisimile est, cuius is, post mortem, sensum sit habiturus.

I. tuscul. Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ, sed nescio quomo do inhæret in mentibus, quasi seculorum quoddam augurium futurorum, quo quidem dempto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus, & periculis uiueret?

S. de fini. Pueri efferrūt leticia cum uicerint, & pudet uictos, ut se accusari nolunt, quam cupiunt laudari, quos illi labores non perforunt, ut æqualium principes sint?

C. maior. Quis tantos labores, diurnos, nocturnosq; domi, militiaeq; susciperet, si nsdem finibus gloriam suam, quibus uitam, esset terminaturus. Sed optimi cuiusq; animus, maxime ad immortalitatem gloriā nititur.

In Piso. Est angustia animi, atq; demissi, triūphi honorem, atq; dignitatem contempnere. Nam ut leuitatis est. In simil. i.

C. maior. Præflates uiri, nunquam tanta conati essent, quæ ad Aliqd res posteritatis memoriam pertinerent, ni animo uidiſſent liquam, posteritatem ad se pertinere posse. Nonne melius multo quo nos fuisset, ociosam etatem, & quietam, sine ullo labore, & uixisse te contentione traducere? Sed nescio quo modo animus eris stemur.

gens se, posteritatem semper ita prospicit, quasi cum excesserit est uita, cum deniq; uictus sit.

s. de ora. Sapiēs, uirtuti, honorē præmiū, haud prædam petit.

pro Arch. Nullam uirtus aliam mercedem laborum, periculorumq; desiderat, præter hanc laudis, & gloriae, qua quidem detracta, quid est quod in hoc tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui, tantis nos in laboribus exerceamus? Merces la Certe si nihil animus presentiret in posterū, & si quibus regionibus uitæ spaciū circumscriptum est, eisdem omnia cogitationes terminaret, nec tatis se laboribus frangeret, neq; tot curis, uigilijsq; angeretur, nec toties de uita ipsa dimicaret. Sed inuidet quædam in optimo quoq; uirtus, quæ noctes, & dies animum gloriae stimulus concitat, atq; admonet, non cum uitæ tempore esse dimentandam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate relinquendam.

Phil. 5. Nullam mercedē, uirtus, præter hanc laudis, & gloriae desiderat, qua tamen si careat, tamen est seipsa contenta, quamquam in memoria gratorum hominū posita, lœtetur.

Pro Mil. Ex omnibus præmij uirtutis, amplissimum est præ mortui uim gloriæ, quæ uitæ breuitatem, posteritatis memoriam uiuit, consolatur, quæ efficit ut absentes adsimus, mortui uiuimus, cuius gradibus etiam homines in cælum uidentur ascendere.

P Marc. Non uitæ hæc dicēda est, quæ corpore, & spiritu continentur, illa inquam illa uitæ est, quæ uiget memorias ectorum omnium, quam posteritas alit, quam ipsa aeternitas semper intuetur.

- S. n. sci. *Vestra, quæ dicitur vita, mors est.*
- Phil. 5. *Nihil est uera gloria dulcissima.*
2. tuscul. *Natura nihil præstantius habet; nihil quod magis excepit, quam honestatem quam laudem, quam dignitatem,*
1. de diui. *Cad. pl. quam decus.*
- 10 fa. *Antiquior sit possessionibus gloria.*
- Ci. ad To. *Verum decus in uirtute positum est.*
14. 6. fa. *Omnium rerum mors est extremum.*
1. tuscul. *Mors, est discessus animæ à corpore.*
1. tuscul. *Mors, somno similis est.*
- C. maior. *Morti nihil est tam simile, quam somnus.*
1. tuscul. *Somnus, imago mortis.*
1. de fini. *Mors, quasi saxum tantalo semper impendet.*
- C. maior. *Moriendum certè est, & incertum an eo ipso die.*
2. de fini. *Nemini exploratum potest esse, quomodo se habituerum sit corpus, non dico ad annum, sed ad uesperum.*
- C. maior. *Quis est quamuis sit adolescens, cui sit exploratum,*
4. iuc. in. *se ad uesperum esse uicturum?*
- Catil. *Mors, omnibus est parata.*
- Pro Sex. *Omnibus definita est mors.*
- Phil. 4. *Mortem, omnibus natura proposuit.*
2. tuscul. *Necessè est mori.*
1. tuscul. *Moriendum est omnibus, etq; finis misericordiae in morte.*
- C. maior. *Commorandi nobis natura diuersorum, non habi-*
tandi dedit;
- C. maior. *Ex ipsa uita discedendū est, tanquam ex hospitio, non*
- Sulp. ad. *Tanquam ex domo.*
- Cic. 4. f. *Si hoc tempore diem non obieris, paucis post diebus:*

est tibi moriendum, quia homo natus es.

C. maior. Meditatum ab adolescentia debet esse, mortem negli-
gendar, sine qua meditatione, tranquillo quis esse animo,
nullo modo potest.

C. maior. Mortem omnibus horis impudente timens, quis tran-
quillo animo possit consistere? Mors mi-
nimè mea

z. Tusc. Qui id quod uitari non potest, meruit, is uiuerè animo
quieto nullo modo potest. tuenda.

i. Tuscul. Quæ potest esse in vita iucunditas, cum dies, & nos
etes cogitandum sit, iam iam esse moriendum?

e. Tuscul. Qui mortem nontimet, magnum is sibi præsidium
ad beatam uitam comparavit.

i. Tuscul. Non deterret sapientem mors, quæ propter incertos
casus quotidie imminet, & propter breuitatem uitæ, nū-
quam longè potest abesse.

i. Tuscul. Verum uiuere, an mori sit melius, dij immortales scir-
unt, hominem quidem scire arbitror neminem. Insignis
sententia.

z. Tuscul. A malis mors abducit, non abonit.

o. Tuscul. Ipse animi discessus, à corpore fit sine dolore, & fit
plerumq; sine sensu, nonnunquam etiam cum uoluptate,
totum hoc leue est qualecumq; sit, fit enim ad punctum
temporis.

i. Tuscul. Tunc erimus beati, quum corporibus relictis, cupidia-
tatum, & emulationum erimus expæctantes.

z. Tuscul. Pellantur istæ ineptiæ penè aniles, ante tempus mo-
ri miserum esse, quod tandem tempus naturæ ne? At, ea
quidem dedit usuram uitæ, rāquam pecuniaæ, nulla præsti-
cuta die. Quid est igitur quod querare, si repetit cū uult,

ea enim conditione acceperas. Quæ uero longa est. Aut quid omnino homini longum? Nonne modò pueros, mo^do adolescentes, in cursu, àtergo inseguens, nec opinan^ttes affectua est senectus? Omnia ista, perinde, ut cinq^u data sunt, p^{re}rata parte, à uita, longa, aut brevia ducuntur.

Parad.

Mors terribilis est ijs, quorum cum uita omnia extinguntur, non quorum laus, emori non potest.

Mat. ad

Honestia mors nunquam est fugienda, s^æpe etiam appetenda.

Ci. ii. fa.

1. Tuscul.

Vetat dominans in nobis deus. In pⁱjs Sent.

C. maior.

1. Tuscul.

1. Tuscul.

1. Tuscul.

Sō Sci.

3. Tuscul.

Sunt qui se gratum mortuis facere, si grauitate eos Ridicula, lugeant arbitrat^{ur}, accedit supersticio muliebris quædā, circa deos exigimant enim diis immortalibus se facilius satisfacti^{ur} functos, ros, si eorum plaga perculti, & afflictos se, & percultos quorundā esse fateantur. superstitio.

1. Tuscul.

Mortuorum corpora nihil sentiunt in sepultura, quantum autem consuetudini, famæ que dandum sit, id current uiui, sed ita, ut intelligant nihil ad mortuos pertinere.

1. Tuscul.

Cum ab amicis rogaretur Diogenes. In Apop. j.

¶ Mors bonum sit an malum, plenissime primo

Tuscul. leges, & in dialogo, qui

Cato maior inscribitur,

5. defini.



Vis est, aut quotus quisq; cui mors cū appropina
quet, non refugiat timido sanguis, atq; exalber-
scat meus?

1. Thesul. Emorinolo. In Apop.

Epichae-
rmus.

Virtutis quæ sit uis, & commendatio.

2. de ora.

Virtus est per seipsa laudabilis, & sine qua nihil lau-
dari potest.

1. de leg.

Virtus nihil est aliud, quam in se perfecta, & ad sum-
mum perducta natura.

4. Tuscu.

Virtus est affectio animi cōflans, conueniensq; lau-
dabiles efficiens eos, in quibus est, & ipsa est per se sua
sponte separata tamen utilitate, laudabilis, ex ea profici-
scuntur honestæ voluntates, sententiae, actiones, omnisq;
recta actio.

Virtutis multæ definitiones, consultò à
nobis omituntur.

2. defini.

Dicitur honestum, non quod laudetur à mul-
tis, sed quia tale sit, ut uel si ignorēt id homines,
uel si obmutuisserint, pulchritudine sua tamē esset,
specieque laudabile.

Quid sit
honestum

1. off.

Honestum eriam si nobilitatū non sit, aut si etiam à
nemine laudetur, laudabile est natura, quod si oculis cer-
neretur, mirabiles amores citaret sapientiae.

2. defini.

Honestū, est quod detraet a omni utilitate sine ullis
præmisi, fructibus ue, p seipsum iure potest laudari.

1. delegi.

Si nō ipso honesto mouemur, ut uiri boni simus, sed
utilitate aliqua, atq; fructu, callidi sumus, nō boni. Nā qd

Faciet is in tenebris, qui nihil timet, nisi temeritatem, vel industria
eum, quid in deserto loco, noctis que multe auto spoliare
re posset, imbecillum, atque solum?

i. de legi.

Si emolumētis, non suapte natura virtus expetur, Virtus
una erit virtus, quae malitia rectissimē dicetur. Nam qui nulla, nia
virtutem præter metiuntur, nullam virtutem, nisi malis si gra
tiam putant. THIRD.

s. Tuscu.

Nulla potest esse virtus nisi gratuita. Nam quæ uo
luptate, quasi mercede aliqua ad officium impellitur, ea non
virtus, sed fallax, & immitatio simulatioq; virtutis.

s. de fini.

Quicquid præter id quod honestum sit, expetendum
esse duxeris, in bonisq; numeraris, & honestum ipsum
quasi virtutis lumen extinxeris, & virtutem penitus
exexteris.

C. Casii.

Difficile est hominibus persuadere. Honestum pro
pter ipsum eligendum.

s. de fini.

Si ipsam honestatem undique perfectam, & absolu
tam, rem unam præclarissimam omnium, maximeq; lau
dandam penitus uideremus, quoniam gaudio completere

Quid? si
virtus ni
deretur.

2. Tuscul.

mur? cum tantopere eius adumbrata opinione lætemur.

de nat. de.

Sumus natura studio siissimi, appetentiissimiq; honesta
tis, cuius si quasi lumine aliquod aspeximus, nihil est, quod
ut eo potiamur, non paratis simus, & ferre, & perpeti.

8. Tuscul.

cunq; erit gentium a nobis diligitur.

9. Tuscul.

Virtutem necessariò gloria sequitur.

1. de no. d.

Gloria virtutem, tanquam umbra sequitur.

Nihil est

virtute formosus, nihil pulchrius, nihil

amabilius.

in Lælio. Nihil est amabilius uirtute, nihil quod magis allicet homines ad diligendum. Quippe cum propter uirtutem, & probitatem, etiam quos nunquam uidimus, quod dāmo do diligimus. Cuius ea est his, ut ea, quod maius est, in hoste etiam diligamus.

In Lælio. Animi hominum mouentur ad diligendum, cū meorum, quibus cum usu coniuncti sunt, uirtutem, & bonitatem perspiciunt.

z. de ora. Conciliantur animi hominum dignitate hominis, rebus gestis, estimatione uite, alienaturq; ab ijs, in quibus haec non sunt.

z. d. na. d. Suscepit uita, consuetudoq; communis, ut beneficijs excellentes uiros, in cælum famâ, ac uoluntate tollamus.

z. delegi. Quæ natio, non comitatem, non benevolentiam, non gratum animum, & beneficij memorem diligit? Quæ sua perbos, quæ maleficos, quæ crueles, quæ ingratos non aspernatur, non odit?

z. offic. Eos uiros, nos suspicimus, maximisq; efferimus laudibus, in quibus eximiamus excellētes quasdam, & singularē uirtutes perspicere. Despicimus autem eos, & contemnimus, in quibus nihil uirtutis, nihil neruorū putat, quamobrem contemnuntur ij, qui nec sibi, nec alteri profundunt, ut dicuntur, in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est, admiratione autem quadam afficiuntur ij, qui anteire ceteros uirtute putantur.

z. off. Illud honestū, quod in alio cernimus non mouet, atq; illi, i quo id inesse uidetur, amicos facit. Omnis enim uira

Virtus nō
in amico
solum, sed
i hostie die
ligitur.

Qui à nobis amena-
tur, et laudentur.

tus, nos ad se allicit, facitq; ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse uidetur.

s. de fini. Nemo est tam dissimilis homini, qui non moueat, & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis. Quis est, qui non oderit libidinem, proteruam adolescentiam? Quis contra, in illa etate pudorem, constantiam, etiam si sua nihil intersit, non tamē diligit? An obliuisci mur quantopere in audiēdo, legēdoq; moueamur, cū piē, cū avicē, cū magno animo adquid factū cognoscimus.

I. off. Quæ magno animo, & elato, fortior, & excellēter gesta sunt, ea, nescio quomodo quasi pleno ore laudamus.

p Marci Cū maliq; clementer, mansuetè, iustè, rectè, moderate, sapienter factum, aut legimus, aut audimus, quo studio incendimur? non modo in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos sepe quos nunquam vidimus, diligamus.

2. offi. Quis es, qui non admiretur splendorem, pulchritudinemq; uirtutis?

In Lelio. Conciliatrix amicitiae est, uirtutis opinio.

In Pisonē Habet hoc uirtus, ut uiros fortes, species eius & pulchritudo, etiam in hoste posita deleat et.

2. offi. Est proprium uirtutis conciliare sibi animos hominum, & ad usus suos adiungere.

In Lelio. Virtus conciliat amicitias, atq; conseruat. In ea enim est conuenientia rerum, in ea est stabilitas, in ea est constātia. Quæ cum se extulit & lumen suum ostendit, & idem aspergit, agnouitq; in alio, ad id se admouet: uicissimq; accipit illud, quod in altero est, ex quo eorum exardescit, sive amor, sive amicitia.

s. p na. d. Propter uirtutem iure laudamur, & in uirtute recte gloriamur.

3. de ora. Vera laus uerè uirtuti debetur.

1. tuscula. Nihil quicquam sine uirtute laudabile.

Paro. 1. Quibus gradibus Romulus ascendit in cœlum? rebus gestis, atq; uirtute.

2. de ora. Bonus uir propriè, & copiosè laudari sine uirtutum cognitione non potest.

2. off. Eos quorum uita perspecta est in rebus honestis, atq; magnis, & bene de republica sentientes, aut aliquo honore, & imperio affectos obseruare, & colere solemus.

2. officio. Vehementer, amor multititudinis commouetur ipsa fama, & opinionē liberalitatis, beneficētiae, iusticiæ, fidei, omniumq; earum uirtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem, ac facilitatem, eosq; in quibus eas uirtutes inesse ueliam demus, à natura ipsa diligere cogimur. Virtute prædicta, nos, neliamus, no

2. de ora. Ea uirtus uidetur præstantis uiri, quæ est fructuosa, nasa alijs, sibi autem laboriosa, aut periculosa, aut certè turādili, gratuita. gere cogi

In Lælio. Si quod optimum, maximumq; est, id uolumus adipisciri.

C. ad plā. sci, uirtuti opera danda, est sine qua, nullam rem experimen-

dam consequi possumus.

10. Fami. Verum decus in uirtute positum est.

4. defini. Digna est uirtus gloriacione, tantumq; præstat ceteris rebus, ut dici. Vix possit quid inter sit.

Parad. 2. Nesciunt multi, nesciunt quantas uires uirtus habent, nomen uirtutis tantum usurpat, quid ipsa ualeat ignorant.

In Lælio. Non sunt isti audiendi, qui virtutem duram, & quaeso ferre aesse volunt.

In Lælio. Non est inhumana, virtus, neq; immunis, neq; superba, quæ populos universos tueri, eisq; optimè consulere soleat, quod non faceret profectio, si à uulgi charitate abhorreat.

In Lælio. Virtus, quæ sequitur charitas, minimè repudiada est.

4. de fini. Virtus, altissimum locum in homine, & maximè excellentem tenet, cum autem assumpta est ratio, tanto in dominatu locatur, ut omnia prima naturæ, huius tutela subiçiantur.

8. tuscul. Virtus, omnia quæ cadere in hominem possunt, subter se habet, eaq; despiciens, casus cōtemnit humanos, culpaq; omnicarens, præter se ipsam, nihil censet ad se pertinere.

In Lælio. Optimè virtus, se ipsa nouit, & quam amabilis sit, intelligit.

In Piso. Virtutis tanta est uis, ut non posbit unquam esse vir bonus, non beatus.

8. tuscul. In uirtute satis est præsidij ad bene uiuendum, satis Ad bene, etiam ad beatè, satis ut fortiter uiuamus, etiam ut magno & beatè animo, & quidem ut nullare egeamus, semperq; simus uiuendi, sequitur ut nihil peniteat, nihil desit, nihil obster.

8. de fini. Præsidij ad uiuendum in uirtute satis est.

8. tuscul. Virtus ac beatè uiuendum, se ipsa contenta est.

eius sufficit.

Cum fateamur satis magnam uim esse in uitijis ad miseram uitam, fatendum est etiam eandem uim in uirtute esse ad beatam uitam. Contrariorum enim, cōtraria sunt consequentia.

parad. ul. **Quanti** e*ā* & simanda uirtus? quae nec eripi, nec surripi potest unquam, nec incendio, nec naufragio amittitur, nec tempestate, nec temporis permutatione mutatur, quae prediti qui sunt soli sunt diuites. Soli enim possidēt res, & fructuosas, & sempiternas, soli quae, quod est propriū diuitiarū, contenti sunt rebus suis. Satis putat quod est, nihil appetunt, nulla regent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt.

pSextio. **Virtus** in tempestate quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atq; h̄eret, splendetq; per se semper, nec alienis unquam sordibus obsolecit.

2. Tuscu. **Amitti** uirtus non potest.

Phil. 4. **Virtus**, et altissimis defixa radicibus, quae nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco.

4. ad her. **Ei** non multū n̄ potest obesse fortuna, qui sibi firmius in uirtute, quam in casu præsidium collocavit.

4. adher. **Omnis** bene uiuendi rationes, in uirtute sunt collocatae, ppter ea quod sola uirtus in sua potestate est, Omnia præter eam, subiecta sunt fortunæ dominationi.

3. actio **Maior** e*ā* uirtutis iucunditas, quam uoluptas, que percipitur, ex libidine, & cupiditate.

¶ Tu, plura si desideres, euolue diligenter quintum
Tusculanarum, nos enim ea tantum quae videantur
graviora selegitim, ne potius ex integro librum transcripsisse,
quam ex præcipuis, præcias
puz elegisse videamur.

2. de inue.

Rerum expetendarum tria sunt genera. Nam est quiddam quod sua vi nos allicit ad se se, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate, quod genus, virtus, scientia, veritas est. Aliud autem non propter suam vim, & naturam, sed propter frumentum, atque utilitatem, quod pecunia est. Tertiū est, ex horum partibus coniunctim, quod & sua vi, & dignitate nos inductos inducit, & prae se gerit quandam utilitatem, quo magis expectatur, ut amicitia, bona existimatio,

Vitia, virtutis speciem ples
rumq; induunt.

In parti.

Cernenda sunt diligenter, ne eanos fallant uitia, quae virtutem uidentur imitari. Nam & prudentiam malicia, & temperantiam in manitas in uoluptatibus aspernandis, & magnitudinem animi, superbia in animis extollendis, & despicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem, effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & religionem supersticio, studijsq; bonis similia uidentur ea, quae sunt in eo genere nimia.

3. offic.

Astutiæ tollendæ sunt, eaque malicia, quæ uult quidem uideri se esse prudentiam, sed ab ea, distatq; plurimum, nec ulla pernicies uita maior inueniri potest, quam cum in malicia inest simulatio.

I. & na. d.

Omnibus ueris, falsa quædam adiuncta sunt, tanta similitudine, ut nulla insit iudicandi, & assentiendi nota.

4. acade.

Finitima sunt falsa ueris.

Voluptas.

1. de legi.



Mitatrix est boni voluptas, malorum mater omnium, cuius blandicijs corruptiuntur, quæ natura bona sunt.

C. maior.

Malorum esca voluptas, qua homines capiuntur, ut hamo pisces.

1. de legi.

Voluptate capimur omnes.

2. off.

Voluptates blandissimæ dominæ, sœpe maiores par-

Ad Atti.

tes animæ à virtute detorquent.

lib 5.

Maximas virtutes iacere oportet, voluptate dominante.

C. maior.

In voluptatis regno, non potest virtus consistere.

2. defini.

Qui voluptati deditus est, huic oīa sensu, nō ratione sunt iudicāda, eaque dicēda optima, quæ sunt suauissima.

C. maior

Impedit consilium voluptas, rationi inimica, ac mentis, ut ita dicam, perstringit oculos, nec habet illum cum virtute commercium.

2. defini.

Semouenda est voluptas, non solum ut recta sequatur, sed etiam ut loqui deceat frugaliter.

Parad. 1.

Quo maior est voluptas, eo magis mentem à sua ser-
de, & st. tu dimouet.

2. defini.

Non est necesse tamquam meretricem. in Similib.

2. defini.

Nemo est dignus nomine hominis, qui unum diē totum uelit esse in voluptate.

3. tuscula.

Non est eius, qui dolore summum malum metiat, mentionem facere uirtutis.

pro Sex.

Qui voluptatibus ducuntur, & se uitiorum illecebris, Cōtra de-
& cupiditatū enocinis dederunt, missos facian honores, fides ma-
nec attingant rem publicam, patiantur uitos laborum gistratus

Voluptas,

indigne-

homine-

patientes frui.

in Lælio.

Nihil altum, nihil magnificum, ac diuinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tam contemptam.

p M. cæl.

Fieri non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, copia, inopia etiā nonnunquam impeditus, literis operam dare possit. Nec est alia causa, cur in tantis præmijs eloquentiæ, tanta uoluptate dicendi, tanta laude, tanta gloria, tanto honore, tam sint pauci, semperq; fuerint, qui in hoc labore uersarentur. Omittendæ enim sunt omnes uoluptates, relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, cōuiuum, sermo etiam penè omnium familiarium deserendus, quæ res, in hoc genere homines à labore, studioq; deterret.

Quæ maxime ijs fugienda, qui in literis uersatur.

p M. cæl.

Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita uirtus connueret, & multatum rerum iucundissimum uarietatem dedit, quibus non modo prima ætas, sed iam corroborata caperetur.

i. de fini.

Pleriq; ppter uoluptate, & parua, & nō necessaria, tū in morbos graues, tū in dāna, tū in dedecora incurvant, sæpe etiā legū, iudiciorūq; pænis obligātur.

Quæ ex uoluptate uenient in comoda,

C. maior.

Nulla capitalior pestis, quam corporis uoluptas hominibus à natura data est.

Architas.

Hinc p triæ prodiciones. In Apoth. j.

p M. cæl.

Vitium uentris, & gutturi nōmodo minuit ætatem hominibus, sed etiam aufert.

3. de fini.

Voluptatē dimittamus, & suis se finibus tenere iubemus, neblāditijs eius. Illecebrisq; capiat animi uoluptas.

- p. M. cæl. Amores, & delitiae mature, & celeriter deflorescunt.
2. de fini. Fluit uoluptas, & prima quæq[ue] euolat, s[ecundu]m q[uod] relinquit causas penitendi, quam recordandi.
2. off. Vna cum satietate moritur memoria uoluptatis.
2. de ora. Omnibus in rebus, uoluptatibus maximis fastidium finitimum est.

Nos omnes, uoluptate quemadmodum natura capiamur, plura, primo de Finibus.

C. Trito.

Animus.

16. Fami. **O** Pus est te animo ualere, ut corpore possis.
4. de fin. Ex anima constamus, & corpore.
3. tuscul. Constamus ex animo, & corpore.
 De uniuers. Animus est rationis compos, & particeps, quo nihil ab optimo, & sapientissimo genitore melius est p[ro]creatum.
3. offi. Mente nihil homini dedit deus ipse diuinus.
Parad. i. Nobis deus, siue mater rerum omnium natura dedit animum, quo nihil est præstantius, neq[ue] diuinus.
1. de legi. Animus est ingeneratus à deo. in Pijs. 3.
C. maior. Est animus cælestis. in pijs. 3.
C. maior. Dij Immortales. in pijs. 3.
5. tuscula. Humanus animus decerptus ex mente diuina.
1. tuscula. Animus cum est secum.
1. tuscula. Nulla est celeritas.
1. tuscula. Duæ sunt uiae. In pijs sententijs. 3.
5. tuscul. Oportet, ut ipsa se mens.
Sō. Scip. Eorum animi.
C. maior. Animus solus, nec cū adest nec cū discedit, apparet.

a. de legi. Omnia animi immortales sunt, sed bonorum, fortiumq; diuini.

p. C. Ra. Bonorum uirtutum mentes, mihi diuinæ, atq; æternæ uidentur, & ex hominum uita, ad deorum religiouem, sanctimoniamq; demigrare.

S. Scip. Sic habeo te non esse mortalem, sed corpus hoc.

Pro Sex. Corpus hoc, est mortale, Anima uero motus sempiterni.

in Lelio. Nihil intereft, motu animi sublato, inter peccatum, & hominem, sed ne inter hominem, & saxum, aut truncum, aut quidvis generis eiusdem.

1. off. Duplex est uis animorum, una pars in appetitu posita, Altera in ratione, quæ docet, & explanat quid facienda, fugiendum ue sit, ita sit, ut ratio præsit, appetitus uero obtemperet.

4. acade. Et animorum, ingeniorumq; nostrorum naturale Pabulum quasi quoddam pabulum, consideratio, contemplatioq; nature, doctoq; homini, & erudito, cogitare est uiuere, Sapientis enim cogitatio, non ferme ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos.

4. tuscul. Animus perturbatus, & incitatus, nec cohibere se potest, nec quod loco uult, consistere omnino.

3. tuscul. Animus eger. In Apoph. 3.

3. tuscul. Quemadmodum animus conturbatus. In simil. 3.

4. tuscul. Ut in corpore est egrotatio. In simil. 3.

1. de fini. Animi, morbi, sunt cupiditates immense, inanes diuitierum gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam usurpatum, accedunt egritudines, molestiae, merores, qua-

animos excedunt, conficiuntq; curis.

1. de fini. AEgris corporibus, similima est animi ægritudo.

AEq;e animo dolemus, dum corpore dolemus.

3. off. Errat qui illum, aut corporis, aut fortunæ ritum,
animi nitus grauius existimat.

3. tuscul. Morbi pernitosiores, pluresq; sunt animi, quam cor
poris.

3. tuscul. Corpora curari possunt Animorum nulla medicina est.

3. de fini. Animi lineamenta pulchriora sunt, quam corporis, Corpo
ra, quam
sit pree
stantior
animus;
recte solus laber, nec dominationi cuiusquam patet, neq;
obediens cupiditati, recte inuidius, cuius eriam si corpus
constringatur, animo tamen vincula inveniuntur possunt.

5. de fini. Corpori tantum præstat mentis excellens perfectio,
ut hix possit cogitari quid interfic.

2. uniuers. Deus ergo ortu, et uirtute, antiquiore genuit animu,
eumq; ut dominum, atq; imperantem obedienti prefecit
corpori.

2. off. Ut multò maiora sunt opera animi, quam corporis,
Sic et res, quas persequimur ingenio, ac ratione, gra
tiores sunt, quam hæ, quas uitibus.

Phil. II. Quo maior est uis animi, quam corporis, hoc sunt ma
iora ea, quæ cōcipiuntur animo, quam illa, quæ corpore.

2. de leg. Cùm multum animus corpori præster. In pīs Sēt.
C. maior. Non uitibus. 3. in cap. Consilium.

2. de fini. Maior est animi voluptas, quam corporis.

C. maior. Voluptate animi, nulla potest esse maior.

3. de fini. Corpore, nihil, nisi præsens, et quod adest, sentire
possimus, animo autem ergo preterita, et futura.

s. tuscul. Corpus tamdiu gaudet, dum præsentem sentit uo-
luptatem, Animus, & præsentem percipit, pariter cū cor-
pore, & prospicit uenientem, nec preteritam, preters
fluere sinit.

1. tuscul. Corpus, est quasi uas animi, aut aliquod receptaculū.
De uniu. Deus animum conclusit in corpore.

1. off. Exercendum est corpus, & ita efficiendum, ut obe-
dire consilio, rationiq; possit, in exequendis negotijs, &
in labore tollerando.

2. delegi. Redditur terræ corpus.

Formæ dignitas, aut morbo deflorescit, aut uerustate;

Ratio.

3. tuscul. **M** Unus animi, est ratione uti.

1. de legi. Nihil est non dicam in homine, sed in omni
cælo, atq; terra rationæ diuinius, quæ cum adoleuit, atq;
perfecta est, nominatur sapientia.

2. tuscul. Domina omnium, & regina ratio, connixa per se,
& progressa longius, sit perfecta uirtus, hæc ut imperet
illi parti animi, quæ obediens debet. Velut seruo dominus,
Velut Imperator militi, velut parens filio.

4. Tuscul. Bene adhibita ratio, cernit quid optimum sit, negle-
cta, multis implicatur erroribus.

1. off. Societatis humanae vinculum est ratio, & oratio, quæ
dicendo, cōmunicando, disceptando, iudicando, conciliat
inter se homines, coniungitq; naturali quadam societate.
Nęq; illa re absimus à natura ferarum. 3. de homine.

1. de legi. Ratione præstamus beluis.

Elegas si
militudo.

3. d^a na. d. **Vt** patrimonium homini ab homine relinquitur, Sic Unde ratiō homini, à deo.
2. tūscul. **Nihil** potest esse æquabile, quod non à certa ratione profiscatur.
- Ad br. 16 **Nihil** per se amplū est, nisi in quo iudicij ratio extat.
- Parad. 1. **Plus** apud nos uera ratio ualeat, quam uulgi opinio. Rationē,
- Pro Plāc. **Gravior**, & ualidior est decem uirorum bonorum uincatur sententia, quam totius multitudinis imperitae.
3. d^a na. d. **Sunt** homines qui rationem bono consilio à diis immoⁿ mortalibus datam, in fraudem, maliciamq; conuertunt.

Appetitus rationi obediant.

1. off. **A**ppetitus omnes contrahendi, sed andiq; sunt, excisa tandemq; est animaduersio, & diligentia, ut ne quid temere, ac fortuitō, inconsiderate, negligenterq; agamus.
2. off. **E**fficiendum est, ut appetitus rationi obediant, eamq;, neq; præcurrat, nec propter pigritiam, aut ignauia desearat, sciatq; tranquilli, atq; omni perturbatione animi caret, ex quo elucebit omnis constantia, omnisq; moderatio.

¶ Tu in hanc sententiam, plura lege primo

Offi. capite Duplex est enim.

- Ad Qu. **Moderari** animo, & orationi, cum sis iratus, aut
fra. ep. 1. etiam tacere, & tenere in sua potestate motum animi, &
dolorem, & si non est perfectæ sapientiæ, tamen non est
mediocris ingenij.

p Marc. **Animum** uincere, iracundia cohibere, uictoriā tempestate, aduersariū non modo extollere iacētem, sed etiam

amplificare eius pristinam dignitatem præclarum est,
Hæc qui faciat non ego eum summis viris comparo, sed
sumilimum deo iudicio.

p. M. cæl. Si quis hoc labore animi est, atq; hac indeole virtutis,
ac continentiae, ut respuat omnes uoluptates, omnemq;
uitæ sue cursum in labore corporis, etq; in animi conten-
tione conficiat, quem non quies, non remissio, non æqua-
lium studia, non iudi, non cōmisiua delectent, nihil in vita
expetendum putet, nisi quod ei cum laude, et honore, Christia
cum dignitate coniunctum. Hunc mea sententia diu-
nis quibusdam bonis instructum, atq; ornatum puto.

p. Sylla. Regium est ita uiuere, ut non modō homini, sed ne
cupiditati quidem seruias, contempnere omnes libidines,
non aurii, non argenti, non cæteratum rerum indigere,
populi utilitatim magis consulere, quam uoluntati, nemini
cædere, multis obſistere.

Para. pe. Refrenet, primum libidines. s. Imperator.

Ad C. Esse abſtinentem, continere omnes cupiditates, præ-
fra. epi. I. clarum magis est, quam difficile.

z. tuscul. Cum præcipitur ut nos metipsis imperemus, hoc præci-
pitur, ut ratio recreat temeritatem.

z. de fini. Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modō singu-
los homines, sed uniuersas familias euertunt, totam etiā
labefactant rem publicam. Ex cupiditatibus, odia, diſſi- Fugienda
dia, discordiae, seditiones, bella nascuntur. Nec hæ se se cupiditas,
foris solum iactant, nec tantum in alios cæco impetu in-
currunt, sed intus etiā animis inclusæ inter se diſſident,
atq; discordant.

Semper manendum in officio.

nosc.

Nulla uitæ pars, neq; publicis, neq; priuatis, neq;
forensibus, neq; domesticis in rebus, neq; si tecum
agas, quid, neq; sicut altero contrahas, vocare
officio potest. In eoq; excolendo, sita est uitæ honestas
omnis, & in negligendo turpitudo.

3. ad her.

Nec præcio, nec periculo, nec gratia, nec similitate, &
via recta oportet deduci, nec ab illa re honesta periculi,
cum laboris magnitudine.

In Lælio.

Nullo casu arbitror hoc constanti homini posse conser-
tingere, ut illa intermissione fiat officij.

C. corni.

Nulla laßitudo impedire officium, & fidem debet.

Fam. 12.

Pericula, labores, dolorem etiam optimus quisq; sua
de fini. scipere manult, quam deserere ullam officij partem.

nosc.

Artiu studio, à rebus agèdis abduci, cōtra officiu est!

et de iuue.

Si quis omisit. si Doctus iniussus.

Et bene, & honestæ uiuendum.

4. ad her.

Ptima uiuendi ratio est eligenda, eam iucundam
consuetudo reddet.

2. de ora.

Omnis nostra cura debet in hoc uersari semper, se possumus, ut boni aliquid efficiamus. Sin minus,
ut certè nihil malum.

In quo la-
borandum

4. act. in

Sempita uiuamus, ut rōne nobis reddēdā arbitremur.

Ver.

In omni uita sua quemquam à recta conscientia trāsa-
uersum unguem non oportet discedere.

1. defini.

Non ob ea solum incommoda. 3. Impij.

1. defini.

Si impietas. 3. Impij.

3. offi.

Nobis persuasum esse deber, si deos, hominesque

Iij

celare possumus, nihil tamen avarè, nihil iniuste, nihil illis. A uitiosi
bidinose, nihil incontinenter esse faciendum, honestabo declinans
nis, non occulta queruntur.

s. off. Improbum est relinquere honestatem, propter utilitatem, si nulla uitio
tum essent magnitudinem.

¶ Tu honestatem, utilitati preferendam
esse, disces ex tertio Offi.

Sobrietate uiuendum.

2. adher. Se oportet ut uiuas, uiuere non ut edas.

1. off.  Viatus, cultusq; corporis, ad ualitudinem refe
rantur, & ad iures, nec ad uoluptatem.

C. maior. Tantum cibi, & potionis adhibendum est, ut reficiant
ur uires, non opprimantur.

s. tuscul. Iucunditas uictus, est in desiderio, & no in satietate.

2. defini. Cibi condimentum est fames, potionis sitis.

s. tuscul. Darius. In Apop. 3.

s. tuscul. Ptolomeo. In Apoph. 3.

s. tuscul. Thimoteum. In Apoph. 3.

s. tuscul. Cum dionisius. In Apob. 3.

Parad. Non intelligunt homines, quam magnum uectigal
sit parsimonia.

pro Flac. Quæritur in re domestica continentiae laus, in publi
ca, dignitatis.

s. tuscul. Omnia perturbationum fons est intemperantia, Intemper
qua à tota mente, etiam à recta ratione defectio, sic ranis,
anversa à prescriptione rationis, ut nullomodo appetitio.

s. tuscul. nes animi, nec regi, nec contineri queant,
Mente, recte uti non possumus, multo cibo, & po-
tione completi.

Verè dia-
tum.

Quæ virum forma deceat, & quæ uictus
esse debeat, primo Officiale, capite
Cùm autem.

Turpitudo fugienda.

2. tuscul. **N**ihil est tam tetur, nihil tam aspernandum, nihil
homine indignius, quam turpitudo.

3. off. Phil. 3. Nihil est tam cōtra naturā, quam turpitudo.
Nihil est detestabilius dedecore.

Phil. 7. Phil. 13. Periculum minus fugieundum est, quam turpitudo.
Ne turpitudo suscipiatur, uitæ cupiditate.

2. tuscul. 2. tuscul. Nihil est malum, nisi quod turpe, aut uitiosum est.

Si unum in locum collata sint omnia mala, cum turpi-
tudinis malo non sint comparanda.

p. Quint. Misera est ignominia iudiciorum publicorum. Et cui
iuss bona ex edicto possidetur, huius omnis fama, & glori-
atio cum bonis simul possidetur.

In part. Nemo est tam agrestis. Omnes ignominia. &c.

Non peccandum.

Parad. 3. **E**cce est tanquam transilire lineas.

Parad. 3. Peccare certè licet nemini.

s. tuscul. Accipere præstat, quam facere iniuriam.

Ad at. 11. Peccati dolor, & maximus, & aternus est

3. off. Quæ parua uidens esse delicta, neq; à multis intelligi

possunt, ab ijs etiam diligentius est declinandum.

Temperantia.

5. de fini,

3. offi.

1. de fini.



Emperatia est moderatrix omniū cōmotionū.

Et temperantia libidinum inimica

Ad Q.

fra. epi. I.

Temperantia est quæ in rebus, aut experientiis,
aut fugiēdis, ut rationē sequamur monet, quæ animis
pacē adfert, & eos quasi quadā concordia placat, ac lenit.
Nihil reperiri potest tam eximium, quamistam uirtus
moderatricem animi temperantiam, non latere in te-
nebris, neq; esse abditam, sed in luce.

4. tuscul.

3. tuscul.

3. tuscul.

3. tuscul.

3. off.

1. off.

2. tuscul.

2. tuscul.

2. tuscul.

1. off.

Quemadmodum temperantia. In simil. 3.

Frugalitatis esse uidetur proprium, motus animi ap-
petentes regere, & sedare, semperq; aduersantem libidini,
moderatam in omni re seruare constantiam.

Eas tres uirtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam,
frugalitas est complexa.

Non potest temperantia laudare, is, qui ponit summi-
bonū in uoluptate, est enim temperantia libidinū inimica.

Qui uoluptatem summum bonum statuit, esse tempe-
rans nullo modo potest.

Quelans, quod decus erit tanti, quod adipisci cum
dolore corpus uelit, qui dolorem summum malum sibi esse
persuaserit?

Mediocritatis optima regula.

Nihil est quod tam deceat, quam in omni re seruare
constantiam.

His rebus quæ tractant in uita, modum quendam adhi-
bētes, & ordinem, honestatem, & decus conseruabimus.

Mediocritas ad omnē usum, cultumq; uite referēde-

Orat. ad **B**ru. **S**tu. **P**ar. **I**n Lælio. **2. off.** **2. de fini.** **1. off.** **2. tuscu.** **Plan. Ci.** **fam. 10.** **Ci. curio** **niis fam. 2.**

Modestus in omnibus rebus mediocritas est optima.

Modus est optimus, decus ipsum tenere, nec progre dilongius..

Suus cuiq; modus est, tamē magis offendit, nimicm quam parum.

Tu, quæ sint in omni actioe seruāda, lege primo Officiorū capite. In omni aut actione.

Verecundia.

Gloriosus uirtutum omnium dedecus fugiens, et laudem maximam consequens uerecundia est.

Moderator cupiditatis est pudor.

Sine uerecundia, nihil rectū esse potest, nihil honestū.

Maximū amicitiae ornamētū tollit, qui ex ea tollit uerecundia. Itaq; in ijs perniciosus est error, qui existimat libidinē, peccatorūq; omnīū, patere in amicitia licetiam, tiae orna

Sæpe uidemus fractos pudore, q nullatōne hinc eretur. meutum.

Pudor in bello, est maximē periculosus.

Graue est homini pudori petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet, ne id quod petit exigere magis, quam rogere, & in mercedis potius, quam benefi cij loco numerare uideatur!

Iustitia.

Iustitia uirtus omnium est domina, & regina uirtutum.

Iustitia oīm uirtutū caussa, atq; sentinæ est.

Excellentissima uirtus iustitia.

Iustitia sine prudentia plurimum poterit, sine iustitia nihil ualebit prudentia.

1. offic. Fundamentum perpetuae commendationis, & famæ est iustitia, sine qua nihil esse potest laudabile.

1. offic. Iustitiae inest splendor virtutis maximus, ex qua boni viri nominantur, cuius primū munus est, ut ne cui quis noceat, nisi laces sit iniuria, deinde ut communibus, pro communibus utatur, priuatis autem ut suis.

2. offic. Iustitia, ex qua una virtute, viri boni appellantur, misifica quædam res multitudini uidetur, nec iniuria. Quis est enim qui non admiretur splendorem, pulchritudinemque virtutis?

2. offic. Solitario homini, atq; in agro uitam degenti, opinio iustitiae necessaria est. Atq; ijs etiam qui uendunt, emunt, quām sit conductunt, locant, contrahendisq; negotijs implicantur. iustitia ad rem gerendam necessaria est. Guius tanta uis est, ut nec illi quidem qui maleficio, & scelere pascuntur, possint sine ulla particula iustitiae uiuere.

3. offic. Iustitiae partes sunt, non uiolare homines.

Totius iustitiae nulla est capitalior pestis, quam eorū, qui tū, dū maximē fallūt, id agūt, ut boni viri uideātur.

4. offic. Omne officium quod ad conuentionem hominum, & Non est ad salutem tuendam ualeat, anteponendum est illi officio, quod cognitione, & scientia continetur, officijs tēdū officiæ anteponēdā sunt officia iustitiae, cōsiderat enim agere, plus est quam cogitare prudenter.

Tu, quæ dicātur ppriè iustitiae, & officia,
& munera, leges plenissimè apud
Ciceronē in libris officiorū.

Pietas.

Pietas est fundamentum omnium uirtutum, quam ut
deum uereri, atq; non multo secus ac paretes, liberos
amare debemus.

2. de ora. Pietati summa tribuenda laus est.

C. Caſio. Omnibus est amori pietas.

Fami. 15. Pietate aduersus deos sublata, fides etiam, & societas

1. d' na. d. tas generis humani, & una excellētissima uirtus iustitia tollatur necesse est.

2. de leg. Pietas grata est deo. 3. de deo.

2. de leg. Pietas maxima & religio. In Apop. j.

Pythag.

Humanitas & clementia.

Homines ad deos nulla re proprius accedunt, quam salutem hominibus dando.

1. de orat. Nihil est tam regium, tam liberale, tamq; mu nificum, quam opē ferre supplicibus, excitare afflitos, dare salutem, liberare periculis homines.

Ad Q. Nihil est tam deformis, quam ad summum imperium, frat. ep. 1. acerbitate naturae adiungere.

1. off. Recte præcipere uidentur, qui monent quanto superiores simus, tanto nos summissius geramus.

pQuin. Qui plus propter uirtutem, nobilitatemq; possunt, eo minus quid possint ostendere.

2. de orat. In bonis fortunae summa laus est, non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem, in pecunia, non se prætulisse alijs propter abundatiam fortunæ, ut opes, & coe

Quam ualde, hu manitas ppetur.

M

piæ, non superbiæ uidetur, ac libidini. sed bonitati, ac moderationi facultatem, ac materiā dedisse.

1. off. Nihil est laudabilius, nihil magno, et præclaro uiro dignius placabilitate, et clementia, quæ ita probada est, ut adhibeatur reipublicæ causa severitas, sine qua admissi strari ciuitas non potest.

off. In rebus prosperis, et ad uoluptatem nostram fluentibus, superbiam magnopere, fastidium, arrogantiāq; fugiamus. Nam, ut aduersas. Sic secundas res immode ratē ferre, leuitatis est, præclarāq; est æquabilitas in omnī uita, et idem semper uultus, eademq; frons.

C. Casii Omnibus est odio crudelitas, et amori, pietas, et clemensia.

Familiis.

3. offic. Est hominum naturæ maximè inimica crudelitas?

Pro. C. Satis est homines imprudentia lapsos non erigere,

R. post lib. urgere uero iacentes, aut precipitantes impellere, certe est inhumanum.

Amor, et amicitia.

In Lælio.



Micitiā, nihil aliud est, nisi omnī diuinorum, humanarumq; rerū cum beneuolentia, et charitate summa consentio, quæ quidem, haud scio, an excepta sapientia, quicquam melius homini sit à diis immortalibus datum.

In Lælio.

Amicitia omnibus rebus humanis anteponamus. Nil hil est enim tam naturæ aptum, tam cōueniens ad res. uel secundas, uel aduersas.

In Lælio.

Quæ uidentur utilia, honores, diuitiae, uoluptates, & cætera generis eiusdem, hæc amicitiae nunquam antea cognita sunt.

In Lælio.

Amicitia plurimas res continet, quōquā te uerteris præstio adeq; nullo loco excluditur, nunquam intempera-
tiva, nunquam molesta est. Itaq; non aqua, non igni, nō
aere, pluribus locis utimur, quam amicitia. Nam & secun-
das res splendidiores facit amicitia, & aduersas partēs, Insignia
communicāsq; leuiores. Nec debilitati animos, aut cadere amicitiae
patitur. Verum etiam amicum qui intuetur, tanquam exē-
plar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt, & cōm̄
& egentes abundant, & imbecilles ualent, & quod diū datio,
difficilius, mortui uiuunt.

In Lælio.

In amicitia omnia insunt, quæ putant homines expen-
tenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atq; iucundi-
tas, ut cum hæc adsint, beata uita sit, & sine ijs esse non
possit,

In Lælio.

De amicitia, omnes ad unum idem sentiunt, & ij qui
ad Remp. se contulerunt, & ij qui rerum cogitatione, do-
ctrinaq; delectantur. Et ij qui suū negotium gerūt ocio-
sē. Postremo ij qui se totos tradiderūt uoluptatibus, sine
amicitia uitam esse nullam sentiunt, si modo uelint aliqua
ex parte liberaliter uiuere. Serpit enim nescio quomodo
per omnium uitam amicita, nec ullam cœtatis degendæ
rationem patitur esse expertem sui.

Necessaria
ria amici-
tia.

de fini.

Laus, & charitas sunt uitæ sine metu degendæ præ-
sidia firmissima.

1. de fini.

Amicitiae præsidium est firmissimum.

2. offic.

Rerum omnium nec aptius est quicquam ad opes tueri,
da, ac tenendas quam diligi, nec alienus, quam timeri.

1. Philip.

Charum esse ciuem, bene de Republica mereri, lauda-
ri, coli, diligi gloriosum est, metui uero, & in odio esse
inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.

1. de fini.

Diligere, & charum esse iucundum, propterea quod tu-
tiorem uitam, & uoluptatem efficit pleniorem.

Mar. Ci.

Sine amicorum benevolentia, neq; in aduersa, neq;
in secunda fortuna, quisquam uiuere potest.

2. de fini.

Amicitia colenda est, quod sine ea tuto, & sine metu
uiui non possit, ne iucundè quidem.

p Placio.

Nulla potest esse iucunditas, sublata amicitia.

In Lelio.

Quis est pro deum fidem, qui uelit, ut neq; diligit
quemquam, nec ipse ab altero diligatur, circumfluere om-
nibus copijs, atq; in omnium rerum abundantia uiuere?
Hæc enim est tyrannorum uita, nimis in qua nulla fi-
des, nulla charitas, nulla stabilis benevolentia potest esse.
fiducia, omnia semper suspecta, atq; sollicita sunt, nullus
locus amicitiae.

2. offic.

Omnis ratio, & institutio uitæ adiumenta hominum
desiderat. In primis q; ut habeas, quibus cū familiares cō-
ferre possis sermones.

1. de fini.

Nullo modo sine amicitia, firmam & perpetuam iu-
cunditatem uitæ tenere possumus. Nec uero ipsam ami-
citiam tueri, nisi æque amicos, ac nos ipsos diligamus.

p Placio.

Nullius opes tantæ fuerūt, aut tantæ esse possunt, quæ
sine multorum amicorum officijs stare possint.

I. de fini.

Omnium rerum quas ad beatè uiueniam natura paravit. Nihil est maius amicitia, nihil uberior, nihil iucundius, quam solitudo, & uita sine amicis, insidiarū, & metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis, conseruatur animus, & à spe pariedarum uoluptatum sciungi non potest.

I. de iuue.

Maximum est bonum amicitia, plurimæ sunt deles etationes in ea.

C. Appio pulch. f. 3.

Amicitia nihil est uberior.

Pro Sex.

Hæc est una uia laudis, & honoris, & dignitatis à bonis uiris, & sapiētibus, bene à natura constitutis laudari, & diligi.

pulch. f. 3.

Violari amicitiam apud maiores nostros nefas erat.

Phil. 2.

Violare amicitiam hoc grauiſſimum crimen iudico.

Pro R.

Quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his

Ame.

operæ nostræ uicaria fides amicorum supponitur, quam Quare cō qui lœdit oppugnat cōmune omniū præsidii, & quātum parantur in ipso est disturbat uitæ societatem. Non enim possumus amicitia per nos omnia agere. Alius in alia re est magis utilis. Idcirco amicitiae comparantur, ut cōmune commodum mutuis officijs gubernetur.

In Lælio.

Quoniam res humanæ fragiles, caduæq; sunt, semper aliqui acqrendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. Charitate enim, benevolentiaq; sublata, omnis est è uita sublata iucunditas.

I. off.

Est ea iucundiſſima amicitia, quam similitudo morum coniugauit.

I. off.

Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmiter, quam cū uiri boni, moribus similes, sunt familiariter.

tate coniuncti. Nihil enim amabilius, nec copulatius, quam
morum similitudo bonorum.

M.C.pas peto.f.9. Nihil est aptius uitæ, nihil ad beatæ uiuendum acco-
modatius, quam cum uiris bonis, iucundis, amantibus
nostris uiuere.

i.off. In quibus sunt eadem studia, eadem voluntates, in his
sit ut æquè quisq; alter delectet, ac se ipso, efficiturq;. Id
quod Pythagoras uult amicitia, ut unus fiat ex pluribus.

Ci.ad br. Nihil minus hominis esse uidetur, quam non respon-
dere in amore, ijs à quibus prouocere.

i.off. Benevolentia non adolescentiorū more, ardore quo-
dā amoris, sed stabilitate potius, & cōstantia iudicemus.

In Lælio Eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga
nosmetipos, & nostra in amicos benevolentia, illorū era-
ga nos benevolentiae pariter, æqualiterq; respondeat.

i.delegi. Est in amicitia necessarium, ut alter nihilo sese plus,
quam alterum diligat, quod si tantilum interfit, iam am- Lex amic-
itiae nomen occiderit cuius est ea uis, ut simulatq; sibi a- citia.
liquid, quam alteri maluerit, nulla sit.

Pro plac. Vetus est lex illa iustæ, uereq; amicitiae, ut idem amici
semper uelint, neq; et ullū certius amicitiae uinculum,
quam consensus, & societas consiliorum, & voluntatum.

i.delegi. Non est sancta amicitia, nisi ipse amicus per se amea-
tur, toto pectore (ut dicitur) qui quidem amandus est, des-
peratis emolumentis, & fructibus.

i.off. Amicorum bona communia.

C. App. Confirmata amicitia, & perspecta fide, commemo-
pulch.f.3. ratio officiorum superuacanea est.

In Lælio. Odiosum est sane genus hominū, officia exprobran-
tium, quæ meminiisse debet is in quem collata sunt. non

commemorare qui contulit.

4. ad her. Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius sequuntur sunt, hi simulatq; fortuna elapsa est, deuolat omnes. Cum enim recessit res ea, quae fuit consuetudinis causa, nihil adulato^{rum} superest quare possint in amicitia retineri.

4. ad her. Ut hirundines. In simili j.

C. Pap. Non facile dijudicatur amor uetus, & fictus, nisi a pac. s. a. 9. liquod incidat eiusmodi tempus, ut quasi aurum igne. sic Elegans benevolētia fidelis, periculo aliquo perspici possit, cetera similitudine sunt signa communia.

In Lælio. Amicus certus, in re incerta cernitur.

In Lælio. Amare nihil aliud est, nisi cum ipsum diligere quemes, nulla indigentia, nulla utilitate quaesita.

2. de fini. Nihil est aliud amare, à quo amicitiae nomen dictum. Amare est, nisi uelle bonis aliquem affici quam plurimis, etiam si quid sit, ad se ex ijs nihil redeat.

i. d' na. d. Charum, ipsum est uerbum amoris, ex quo amicitiae nomen est ductum, quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius cōmoda, quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercenaria quādam utilitatum suarum. Praetata, & arua, & pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex ijs capiuntur, hominum charitas, & amicitia gratuita est.

i. de fini. Etiam si nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter seipso amentur. Etenim si loca, si fana, si uerbes, si gymnasia, si campum, si canes, si equos, si ludicra exercēdi, aut uenādi cōsuetudine adamare solemus, quātū in hōīm consuetudine facilius fieri poterit, & iustius?

i. de fini. Me ipsum ames oportet, non mea, si uerè amici futuri sumus.

Amicus
propter se
diligen-
dum.

2. de fini. Si fructibus, & emolumentis, & utilitatibus amicitias colemus, si nulla charitas erit, quæ faciat amicitiam ipsam, sua sponte ui sua, ex se, & pppter se expetendā. Nō dubium est, quin fundos, & insulas amicis anteponamus.

2. de fini. Amicitia non sub dubia utilitatis ratione effici solet, sed ipsa ex se oritur, & sua sponte nascitur.

In Lælio. Pleriq; in rebus humanis, nihil quicquām bonum norunt, nisi quod fructuosum sit, & amicos tanquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos, itaq; pulcherrima illa, & maxime naturali carent amicitia hæc uis amicitiae qualis, & quanta sit. Ipse enim se quisq; diligit, non ut aliquam à se mercedem exigat charitatis suæ, sed quod per se quisq; sibi charitus est, quod nisi idem in amicitiam transferatur, uerus amicus nunquam repetietur.

fa. 15. Ea honestius de amicorum pena laborare, q; de sua.

Part. or. Multi uitam neglexerunt, ut eos, qui his chariores, quam ipsi sibi essent, liberarent.

Ci. Brut. In omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiae fore apperiantur.

fa. 15. Cum in amicitia, quæ honesta non sunt postulantur, religio, & fides anteponatur amicitiae.

4. act. in Si in hominibus eligendis nos spes amicitiae fecellit, ut uindicemus, missos faciamus.

1. off. Amicitias que minus delestant, & minus probantur, magis decere censem sapientes sensim dissuere, quam re pente præscindere. Cauendum erit igitur, ne nō solum ami

citiæ depositæ, sed inimicitia etiam susceptæ uideantur.
Nihil est enim turpis, quām cum eo bellum gerere, qui
cum familiariter uixerit.

In Lælio. Vna iusta sit cautio, atq; una prouisio in amicitia, ut ne
minus cito diligere incipiamus, ne ue indignos. Digni
aut sunt amicitia, qbus in ipsis ineft causa, cur diligent.

Ci. Ruti. Nihil est, quod studio, & benevolentia, uel amore po-
fa. 13. tius effici non posse.

I. de ora. Sine studio, & ardore quodam amoris, in uita nihil
quicquam fit, egregium.

 Tu, de amicitia, amicorumq; officijs,
plura lege apud Ciceronem in dia-
logo, qui Lælius inscribitur,
et enim Cicero, in
eius laudibus
multus.

Adulatio.

In Lælio.  Vlla, in amicitijs pessis est maior, quām assen-
tatio, blanditiae, adulatio.

In Lælio. Simulatio, amicitia repugnat maximē, delet
enim ueritatem, sine qua nō amicitia ualere nō potest.

In Lælio. Semper auget assentatio, id, quodis, cuius ad uolupta-
tem dicitur, uult esse magnum.

In Lælio. Cauendum est ne assentatoribus patefaciamus aures,
nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est, tales enim
nos esse putamus, ut iure laudemur.

In Lelio Assentatio quamvis pernitosā sit, nocere nemini potest, nisi ei qui eam recipit, atq; ea delectatur. Itaq; sit, ut ijs assentatoribus, patefaciat aures suas maximē, qui ipsi sibi assentiatur, & se maximē ipse delectet.

In Lelio In obsequio comitas adsit, assentatio uitiorum adiutrix procul amoveatur, quæ non modo amico, sed ne libe-

ro quidem digna est.

Ad att. 15 Turpis est assentatio.

De pet. consul. Blanditia cum uitiosa sit, ac turpis, in cætera vita, tam in petitione magistratus est necessaria, benevolentia tamē ciuiū blāditijs, & assentatiōibus colligere turpe est.

5. off. Mīhi hereditates non honestæ uidentur, si sunt blanditijs officiorum, non ueritate, sed simulatiōe acquisitæ.

Liberalitas.

5. off. **I**liberalitate nihil est naturæ hominis accommodatius, sed habet multas cautioes. Vidēdum est enim primum, ne ob sit benignitas, & ijs ipsis quibus uidebitur benignè fieri, & cæteris. Nam qui alijs nocent, ut in alios liberales sint, non benefici, neq; liberales, sed pernitosi iudicandi sunt. Deinde, ne maior sit benignitas, quam facultas. Nā qui benigniores esse uolunt, quam res patitur, primō in eo peccat, quod iniuriosi sunt in proximos. Videre etiam licet plerosq; non tam naturā liberales, quam quadam gloria inductos, ut benefici uideantur facere multa, quæ uidentur magis proficiunt ab ostentatione, quam à uoluntate. Tum illud unum considerandum est,

Quæ sint
in liberali-
tate caue-
da.

ut pro dignitate cuiusq; tribuatur, in quo mores erūt s̄pē
Etandi eius, in quem beneficium conseretur.

2. off. Danda est opera, ut ijs beneficijs quāmplurimos affi-
ciamus quorū liberis, posteriorisq; prodatur memoria.

Liberalitate qui utuntur, benevolentiam sibi conciliāt,
Et quod aptissimum est ad quietē uiuendum charitatem.

2. de fini. Beneficium, & gratia, vincula sunt concordiae.

4. ut. in Ver. Ea liberalitas et probanda, quæ sine periculo existi-
mationis est.

2. offi. Non ita claudenda est, res familiaris, ut eam benigni-
tas aperire non pos̄it, nec ita reserata, ut pateat omnibus. Id quoti-
Sequuntur enim largitionem rapinæ. Cū enim dando ege die, & pas-
re ceperunt homines, alienis bonis manu. afferre cogun- sim videa-
tur, nec tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, mus.
quanta odia eorum, quibus ademerunt.

2. offic. Cui res erupta est, inimicus cui data est.

1. off. Bene precipit Ennius, ut quicquid sine detrimēto pos-
sit cōmodari id tribuatur cuiq; uel ignoto, ex quo sunt
illa communia non prohibere aquam pro fluentem, pati ab
igne ignem capere, si quis uelit consilium deliberati dare,
& quæ sunt ijs utilia, qui accipiunt, & danti non molesta
Cuius uersus non pudebit subscribere.

Ennius.

Homo qui erranti comiter monstrat uiam.

Qua si lumen de suo lumine accendat, facit.

Nihilominus ipsi ut luceat, cum illi accenderit.

Fals co-
miti,

1. off. Sunt multi splendoris, & gloriae cupidi qui eripiunt

N ij

**ab alijs, quod alijs largiantur, ijq; arbitrantur se benefi- Contra
cos in suos amicos uisumiri, si locupletent eos quacumq; ambitio-
ratione. Id autem tantum abest ab officio, ut nihil magis sos.
officio possit esse contrarium.**

2. off. Propensior liberalitas esse debet in calamitosos, nisi
fortè erunt digni calamitate, Benefacta enim ut ait En*s* Ennius
nisi male locata, malefacta sunt.

2. off. Melius apud bonos, quam apud fortunatos beneficium
collocari puto.

2. off. Liberalis est, qui suis facultatibus, aut captos à præ-
donibus redimit, aut æs alienum suscipit, amicorum cau-
sa, aut in filiatum collocatione adiuuat, aut opitulatur, uel
in requirenda, uel in augenda.

**¶ Tu, si quid requiris amplius, leges
primum, & secundum Offi.**

Prodigus.

2. off. **P**Rodigi sunt, qui pecunias profundūt in eas res,
quarum memoriam aut breuem, aut nullam sunt
relicturi omnino.

2. off. Largitio fundum non habet.

2. off. Multi patrimonia sua effuderūt, incōsultē largiendo.

2. off. Sequuntur largitionem rapinæ.

2. off. Ne eos fideles tibi putes. In Apoth. J.

Philippus

**In referenda gratia, qualis esse
debeamus.**

1. off.

N collocando beneficio, & in referenda gratia, hoc maximè officij est, ut quisq; maximè opis indebeat, ita ei potissimum opitulari, quod contraria fit à plerisq;, à quo enim plurimum sperat, etiam si illi, ijs non egent, tamen ei potissimum inseruiunt.

2. off.

Quis est q; inopis, & optimi uiri causa, corrupti mores.

1. off.

Acceptorum beneficiorum sunt delectus habendi, & in primis quo quisq; studio, uel beneuolētia fecerit pondemandum est. Multi enim multa faciūt, temeritate quadam, sine iudicio, uel modo in omneis, uel repētino quodam im petu animi, quasi uero incitati, quae beneficia æquè magna non sunt habenda, atq; ea, quæ iudicio, consideratè, constanterq; delata sunt.

1. off.

In referenda gratia, si modo besiodo credimus, debemus imitari agros fertiles, qui plus multò adferunt, quam acceperūt, etenim si in eos quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt.

Hesiodi nobilis sententia.

Decl. or.

Hesiodi illud laudat à doctis, quod eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiā cumulatiore, si possis.

Pro plā.

Leue est onus, beneficij gratia.

C. curio-

Sera gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia, pretermissa est.

ni. fa. 2.

Ad Quir.

Non est æquum, tempore, & die, memoriam beneficij post red. definire.

Ad Quir.

Vlscendæ iniuriæ facilior est ratio, quam beneficij post red. renumerandi, propterea quod superiorum esse contra impos minus est negotij, quam bonis exæquari, tum etiam

nec tam necessarium quidē eī male meritis referre quod
debeas, quam, ut bene meritos colas.

Aliud pecuniam debere, aliud gratiam.

ad Quir.
post red.

To officio persoluendo dissimilis ratio debitæ pecuniae est, propterea quod pecuniam qui retinet, non dissoluit, qui reddit, non habet, gratiam et qui reddit, habet, et qui habet, dissoluit.

p Planc.

Dissimilis est pecuniae debitio, et gratia. Nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit, qui autem debet, is retinet alienum. Gratiam autem, et qui refert, habet, et qui habet, in eo ipso quod habet, refert.

2 off.

Cōmodè dixit, quicumq; dixit, pecuniam qui habeat, nō reddidisse. et qui reddiderit, nō habere. Gratiam autem, et qui reddidit, habere. et qui habeat, retulisse.

Ingratus.

Post red.

ad Sena.

2 offi.

Ad att. 8

p Planc.

Pro con-
sul.

Phil. 3.

Nemo gratiarum immemor, est gratus inuentus. Omnes, immemores beneficij oderunt.

In ingratitudine, nihil mali non inest.

Nihile tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere, ut beneficio, non dicam indignus, sed uictus esse uideare.

Non solum gratus debet esse, qui accepit, uerum etiam, cui potestas accipendi fuit.

Cui gratia referri nō potest, quāta debetur, habenda tamen est, quātam maximam, animi nostri capere possunt.

Fortitudo et magnanimitas.

Elegans
differētia

2. tusc.

Viri propriâ maximè est fortitudo, cuius munera
duo maxima sunt, mortis, dolorisq; contemptio.

3. off.

Ea fortitudinis proprium, & magnitudinis
animi, nihil extimescere, oia humana despicere, nihil, quod
homini accidere possit intollerandum putare.

4. tusc.

Fortitudo, est scientia preferendarum rerum, uel af-
fectio animi, in patiendo, & preferendo, summae legi pa-
rens sine timore.

5. off.

Fortitudo est uirtus, pugnans pro æquitate.

1. off.

Fortes, & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt,
sed qui propulsant iniuriam.

5. tusc.

Nemo poterit esse celsus, & erectus, & ea quæ ho-
mini accidere possunt, omnia parua ducere, nisi omnia bo-
na sibi in se posita censebit.

p Milo.

Fortes uiri, non tam præmia sequi solent recte facta
rum, quam ipsa recte facta.

Phil. 13.

Ea uirorum fortium, uirtute præstare tantum, ut pos-
sint fortunæ culpam non extimescere.

2. de ora.

Magnalaus, & admirabilis uideri solet, tulisse ca-
sus sapienter aduersos, non factum esse fortunâ, retinuis-
se in rebus asperis dignitatem.

p Milo.

Ea uiri fortis, ne supplicijs quidem moueri, ut fortius
ter fecisse peniteat.

3. de fini.

Qui magno animo est, atq; forti omnia quæ cadere
in hominem possunt despicit, & pro nihilo putat, atq; iste
uir altus, & excellens magno animo, uerè fortis, infra se
omnia humana dicit.

5. de fini.

Homines magno animo, erectoq; uiuentes, semper sunt
beati, qui omnis motus fortunæ, mutationesq; rerum, &

temporum, leues, & imbecilles fore intelligat, si in virtutis certamen uenerint.

1. de fini. Est situm in nobis, ut & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucundè, ac suauiter meminernerimus.

1. off. Ex, quæ eximia plerisq; & præclara uidentur, parva ea ducere, ea que ratione stabili, firmaq; contemnere, & quæ uidentur acerba ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, robusti animi est, magnaq; constantiae.

2. tuscul. Si qui inducunt animam, illa quorum splendore capiuntur, uires ualentudinem, pulchritudinem, diuitias, honores, opes contemnere, eaq; quæ ijs contraria sunt, pro nihilo ducere, tum poterūt clarissima uoce confiteri, se neq; fortunæ impetu, nec multitudinis opinio, nec dolore, nec paupertate terreti, omniaq; sibi in se posita, neq; esse quicquam extra suam potestatem quod ducant in bonis.

3. de fini. Robustus animus, & excelsus omni est liber cura, & angore, cum & mortem contemnit, & ad dolores ita paratus est, ut meminerit maximos luctus morte finiri, paruos multa habere interualla quietis, mediocrius nos esse dominos, ut si tollerabiles sint feramus, sin minus, &quo animo è uita, cùm ea non placent, tanquam ex theatro exeamus.

3. off. Diuitias contemnere, & pro nihilo ducere magni animi, & excelsi est.

3. off. Nihil est tam angusti animi, tamq; parui, quam amare diuitias, Nihil honestius, magnificentiusq; quam pecunia

niam contēnere si nō habeas. Si habeas ad beneficentiam,
liberalitatemq; conferre.

I. off.

Maximè admiramur eum, qui pecunia non mouetur,
quod in quo uero prespectum sit. hunc dignum spectatu
arbitramur, quod eas res spernit, & negligit, ad quas ple
tiq; inflammati uuiditate, rapiuntur.

A Tu, plura, offic. primo, & de
Orat. tertio.

Contemptores diuitiarum.

In Lælio.

MUlti diuitias despiciunt, quos paruo contentos, te
nuis uictus, cultusq; delectat, honores uero, quo
rum cupiditate quidem inflammantur, quam multi ita con
temnūt, ut nihil inanius esse, nihil leuius existiment. Item
cætera, que quibusdam admirabilia uidentur, permulti
sunt, qui pro nihilo putent.

Pro dor
mo sua.

Caduca semper, & mobilia haec esse duxi, non virtu
tis, atq; ingenij, sed fortunæ, ac temporum munera, quo
rum ego non tam facultatem unquam, & copiam experien
dam putau, quam & in utendo rationem, & in carendo
patientiam.

Ambitio.

I. off.
I. off.

MIserrima est omnino ambitio, honorūq; cōtentio.
Maximè adducuntur pleriq; , ut eos iustitiae
capiat obliuio, cum in imperiorum, honorum, gloriæ ne
cupiditatem inciderint.

O

1. off.

Quicquid est huiusmodi, in quo non possunt plures excelerare, in eo plerumque sit tanta contentio, ut difficilimū sit, sanctam seruare societatem, difficile est enim cūm præstare cœteris concupueris seruare æquitatem.

3. off.

Multi iniqui. In Apop.

1. off.

Nulla sancta societas. In Apop.

In Lelio.

Pestis maior esse nulla in amicitijs potest, quam in quibusdam, honoris certamen & gloriæ, ex quo inimicitiae maxime, saepe inter amicissimos extiterunt.

1. off.

Facilime ad res iniustas impellitur, ut quisque est altissimo animo, & gloriæ cupido.

3. off.

Complures se scelere contaminarunt imperij cupiditate.

3. off.

In liberis ciuitatibus regnandi cupiditate, nihil tertius, nihil secundus, exco gitari potest.

1. off.

Cauenda est gloriæ cupiditas, eripit enim libertate, pro qua magnanimis viris omnis esse debet contentio.

¶ Milone

Timida est ambitio, & sollicita cupiditas, magistratus, omnia non modo reprehendi palam, sed etiam quemque obscure cogitari possunt, timeamus, rumorem, fabulam si etiam, falsam perhorrescimus, ora omnium, atque oculos intuemur. Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam uoluntas erga nos, sensusque hominum qui non modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam recte factis saepe fastidiunt.

de l. agr.

¶ Arrogantia.

ad Popal.

EX copia, atque rerum omnium affluentia, primo arrogantia nata est.

contra P.

S. Rut.

Accius.

Ennius.

Certame
honoris,
& gloriæ
amicitiae
repugnat
maxime.

1. off.

Deforme est de se ipso prædicare, falsa præsertim, &
cum irrisione audientium, imitari militē gloriosum.

Divinat.
in Ver.

Cū omnis arrogancia odiosa est, tum illa ingenij,
et eloquentiae multo molestissima.

Decla.
rat.

Est minimè inepti hominis, & eiusdem etiam faceti, cū
des sapientia disceptetur, hanc sibi ipsam detrahere, eis tri-
buere, qui eam sibi arrogant, ut apud Platonem, Socras
tes in cœlum effert laudibus Protagoram, Hippiam Pro-
dicum, Gorgiam, & cæteros, se autem omnium rerum ne-
scium fingit, & rudem.

Candidi
est homi-
nis, ami-
cis multa
sibi parū
tribuere.

¶ Temeritas, & pertinacia.

1. off.



Mnisi actio uacare debet temeritate & negligi-
gentia.

1. d. na. d.

Nihil est temeritate turpius, nec quicquā tam
indignum sapientis grauitate, & constantia, quam aut
falsum sentire, aut quod non satis exploratè perceptū sit,
& cognitum sine ulla dubitatione defendere.

4. Acade

Nihil est à grauitate sapientis errore, leuitate, temeri-
tate, disunctius.

¶ Cluen.

Nihil sentire est melius, quam prava sentire.

4. Acade

Vt hoc pulcherrimum est uera uidere, sic pueris pro-
bare falsa turpisimum est.

1. d. na. d.

Satius est id ipsum de quo ambigitur concedere, quam
impudenter resistere.

¶ Acade.

Quid est tam futile, quam quicquam approbare non
cognitum?

O 2



1. Acade. Insignis est temeritas, cum aut falsa, aut incognita res approbatur. Nec hoc quicquam est turpius, quam cognitioni, et perceptioni assertionem, approbationemque præcurrere.

C. maior Quid est stultius, quam incerta pro certis habere, ac falsa pro ueris?

2. de iuē. In parum cognitis stulte, et diu perseverare, turpe est.

2. de iuē. Ne cui rei temerè, aut arroganter assenserimus.

1. off. Ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse uidetur, et lubrica.

C. Bruto Temere affirmare de altero, est periculosum, propter occultas hominum uoluntates, multiplicesque naturas.

1. off. Cauendum est ne incognita pro cognitis habeamus, ijsque temere assentiamus, sed adhibeamus ad considerandas res, et tempus, et diligentiam.

2. tuscul. Nos refelli, redarguique patiamur, quod his erant animo iniquo, qui certis quibusdam, destinatisque sententijs, quasi adicti, et consecrati sunt, easque necessitate congridi, ut etiam que non probare soleant, ea cogantur constantiae causa defendere.

4. Acade Plerique errare malunt, eamque sententiam quam adamauerūt, pugnacissime defendere, quam sine pertinacia, quod constantissime dicitur, exquirere.

4. Acade Ut necesse est lancer in libra. In Simil.


 Sæpe, nulla ratione, quorumdam tantum opinione, et auctoritate nitimur.

1. d'na.d. **D**ratum habent homines, quod ab eo quem probabant indicatum uident.

1. de fini. **T**uemur ea, quæ dicta sunt ab ijs, quos probamus.

1. d'na.d. Non tam autores in disputando, quam rationis momenta querenda sunt, quim etiam obest plerumq; ijs qui discere uolunt, auctoritas eorum qui se docere profitent.

Destinunt enim suū iudicium adhibere, & id habent ratū, Quid sit quod ab eo quem probantiudicatum uidet. Nec uero pro in dispubare soleo, quod de Pythagoreis accepimus, quos ferūt si tando ob quid affirmarent in disputando, quum ex ijs quereretur, seruare quare ita esset, respōdere solitos. Ipse dixit. Astos Eph. dum.

Concepta semel opinio uix deponitur.

C. Bruto **I**Mpetrari non potest, quim quale quicq; uideatur ei, ta lem quisq; de illo opinionem habeat.

C. Quin to frat. **D**ifficile est mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus, id subito euellere.

Similitudo, & exemplum, homines plurimum permouere solent.

3. de ora. **V**o illa nos maximè mouent, similitudo, & exemplum.

C. seruio sulp. fa. 4 **Q**uod exemplo sit, id etiam iure fieri putat homines.

Populus.

Oij

3. tusc. **M**aximus magister populus.

De.cl.or. Populus sine comparatione probat, esse melius non sentit, illud quod est, qualemcumq; est, probat.

p.R. Co. Sic, est uulgi, ex ueritate pauca, ex opinione multa affirmare.

p.l. Ma. Homines opinione non minus famæ, quam aliqua certa ratio ne commoueri solent.

2. tusc. Fama, & multitudinis iudicio mouentur homines, ut id honestum putent, quod à plerisq; laudetur.

Pro dos mo sua. In imperita multitudine est uarietas, & inconsistencia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio.

2. tusc. Qui in oculis ea multitudinis, tamen illius iudicio stare nolit, nec quod illa putat, idem putet pulcherrimum.

2. de legi. Nos opinionibus uulgi rapimur in errorem, nec uera cernimus.

Parad. Plus apud nos ratio ualeat, quam uulgi opinio.

Plancio. Grauior, & ualidior & decemuirorum bonorum sententia, quam totius multitudinis imperitæ.

Pro plac. Non comitijs iudicat semper populus, sed mouet plerunq; gratia, cædit precibus, facit eos à qbus maximè est ambitus, deniq; si iudicat, non delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnumquam, & quadam temeritate. Non est consilium in uulgo, nō ratio, non discrimin, non diligentia, semperq; sapientes ea qua populus fecisset ferenda, non semper laudanda duxerūt.

Pro Mu. Nullum fretum, nullus Euripus, tot motus, tantas tam uarias habet agitationes fluctuum, quantas perturbas.

Vulgi na
tura.

tionem, & quantas & sius habet ratio contiorum. Dies intermissus, aut nox interposita saepe perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnunquam commutat aut a turmis, saepe etiam sine ulla aperta causa sit aliud, atq; ex stimamus, ut nonnunquam ita factum esse, etiam populus admiretur, quasi uero ipse non fecerit.

p Milo.

Timida est.

s. Ambitio.

Libertas.

Para. pē

nul.



Ilibertas est potestas uiuendi ut uelis, is uiuit uult, qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui uiuendi via considerata, atq; perspecta est, qui legibus quidem, non propter metum paret, sed eas sequitur, atq; colit, quia id salutare maximè indicat, qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat deniq; nisi libens, ac liberè, cuius omnia consilia, resq; omnes quas gerit, ab ipso perficiuntur, eodemq; feruntur, nec est ulla res quæ plus apud eum polleat, quam ipsius voluntas, ac iudicium, cui etiam fortuna ipsa cædit.

adher.

off.

Para. pē

nul.

Iber est is estimandus, qui nulli turpitudini seruit.

Libertatis proprium est, sic uiuere, ut uelis.

Ille mihi non uidetur liber, cui mulier imperat, cui lex imponit, præscribit, iubet, uetat, quod uidetur, qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet. Si poscit, dandum est, si uocat, ueniendum, si ejicit abeundum, si misatur, extimescendum.

Phi. 10,

Ita præclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda.

Qui dika
tur uiuea
re ut uult

s. de fini. Bestiæ, quas delectionis causa concludimus, cum co*piosius* alantur, quām si essent liberae, non facile tamen bertas, patiuntur sese contineri.

Tu, plenius uide qui propriè liberi sint
Parado, penultimo.

Seruitus.

Parad. pe*nal.* **S**eruitus, est obedientia fracti animi, & abiecti, arbitrio carentis suo.

Ante q*ui* li*ret i exil.* Omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis.

1,0 ff. Nemini animus bene informatus à natura parere debet, nisi præcipienti, aut docēti, aut utilitatis causa, iustè, & legitimè imperanti, ex quo animi magnitudo existit, humanarumq; rerum contemptio.

Phil. 10. Omnis est misera seruitus.

Phil. 2. Nihil est fædus seruitute, ad decus, & libertatem natum.

Phil. 3. Cum omnis seruitus est misera, tum uero intollerabile est seruire impuro, impudico, effeminato.

Phil. 10. Mors est seruitute potior.

1,0 ff. Mors seruituti, turpitudiniq; anteponenda.

Exilium.

Parad. 4. Xilium est scelerum pena.



Exilium ibi est, ubi uirtuti non est locus.

Pro Milo.

Parad. 4. Omnes scelerati, & impij, quos leges exilio affici uolunt, exules sunt & si solum non mutant.

Parad. Exilium terrible est ijs quibus quasi conscriptus est habitandilocus, non ijs qui omnem orbem terratum, unā urbem esse dicunt.

S.tuscul. Si abesse à patria miserum est, plenæ misericordum sunt prouinciae, ex quibus admodū pauci in patria reuertuntur.

S.tuscu. Ad om̄em rationem teuctri uox accommodari potest. **T**eucer.
Patria est, ubiq̄; est bene.

PCecin. Exilium non supplicium est, sed profugium, portusq; supplicij. Nam qui uolunt penam aliquam subter fugere, eō solum uertunt, hoc est sedem, ac locum mutant, qui si in ciuitate uim legis subire uellent, nō prius ciuitatem, quam nō est pœnitam amitterent, quia nolunt, non adimitur ipsiciuitas, sed nō ab ijs relinquitur, atq; deponit.

S.tuscu. Exilium id, quod fit propter alienam, & offensam populi uoluntatem, malum est.

≈ Fame seruendum.

S.off. **N**on est res ullatanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut uiri boni, & splendorem, & nomen amittas.

In. Lilio Non est negligenda fama, quam non mediocre telum, ad res gerendas estimari oportet.

I.off. Negligere, quid de se quisq; sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissipati.

4 ad her. Perditissima ratio est diligere formā, negligere famā.

In Piso. Ex sententijs omnium, nostra fama pendet.

3 de fini. Et hominis in genio, & liberaliter educati, uellebent

audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris, & futurae post mortem famæ, etiam detracto usu, consilendum est.

2. de ora. Bona exaginatio pecunij p̄ficit.

1. de divi. Antiquior sit possessionibus gloria.

Nostrum Danda est diligenter opera, ut hominum aures, optime de nobis sermone compleantur.

¶ Veritas.

Ex orat. Antam semper potentiam ueritas habuit, ut nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subverti potuerit. Et licet in causis nullum

patronum, aut defensorem obtineat, tamen per se ipsa defenditur.

Opprimi
Veritas
nō potest
Vinci nō
potest.

p. M. cel. Omagna uis ueritatis, que contra hominum ingenia, calliditatem, soleritatem, contraria fictas omnium insidias, facile se per seipsum defendat.

p. Cluēt. Multorum improbitate depresso ueritas, tandem emerget, & innocentiae defensio interclusa, respirat.

p. Quint. Est interdum ita perspicua ueritas, ut eum infirmare nulla res possit, tamen est adhibenda interdum uis ueritati, ut eruatur.

I. off. Hominis est propria ueri inquisitio, atque investigatio.

I. off. Quod uerum, simplex, sincerumq; est, id est naturæ hominis accommodissimum.

In Lælio. Veritas odium parit.

¶ Que ualeant ad fidem faciendam,
& quibus maximè credamus.

2. de ora.

In Lælio.

Nsuadendo nihil est optabilius, quam dignitas.
 Genus hoc sermonum positum in hominum
 veterum auctoritate, & eorum illustrium, plus
 nescio quo pacto uidetur habere gravitatis.

In topicis

Opulētos homines, & ætatis spatio probatos dignos
 quibus credatur putamus. Non recte fortasse, sed vulgi
 opinio, hix mutari potest.

Aquibus uerū auditur.

In topicis

PVeritia, somnus, imprudentia, uiolentia, insania,
 eius generis sunt, ex quibus særissime uerū auditur.

Multa finguntur, ut ijs tanquam
 rebus gestis moheamur.

Phil. i.

Fit plerūq; ut iij, qui boni aliquid uolūt afferre, effi-
 gant aliquid, quod faciant id quod nunciant, latius.

Pro Ro.

Coficta sunt multa à poëtis, ut effectos nostros mo-
 res in alienis personis, expressamq; imaginem uitæ quoq;
 tidiane uideremus.

Ame.

Mendacium.

3. off.

Tollendum est ex rebus contrahendis omne men-
 dacium.

3. off.

In uirum bonum non cadit mentiri emolumenti sui
 causa.

3. off.

Cum iudici. §. Index.

1.0 ff. Nihil est turpis uanitate.

1.0 ff. Sordidi putantur, qui mercatur à mercatoribus, quod statim uendant, nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur.

Mendacio, & mendaci, nulla fides.

p.R.Co.

Qui semel à ueritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quam ad mendacium perduci consuevit. Et quæ pena à diis immortalibus per iuro, hec mendaci constituta est. Non enim ex pætione uerborum, quibus iusirandum comprehenditur, sed ex perfidia, ac malitia, per quam insidiae tenduntur alicui, dij immortales irasci, ac succinere consuerunt.

p.C. R.
posth.

Vbi quis semel peierarit, ei credi poslea, etiam si per plures deos iuret, non conuenit.

Poena mēdaci.

Pro Syl/
li.

Nō ex libidine, aut similitate, aut leuitate testiū, causæ honestorum hominum ponderari debent.

iPart.or.

Ementiuntur sæpe homines ineos, quos oderunt.

daci.

Pro Fōt.

Siqui ob emolumentum suum cupidius aliquid dicere uidentur, ijs credere non conuenit.

2.de diuī.

Auctoritatem nullam debemus, nec fidem, commentio-

tijis rebus adiungere.

Non uerbis, sed facto probamur.

1.off.

Omnis uirtus in actione consistit.

1.de fini.

On non paranda nobis solum, sed fruenda etiam sæpietia est.

R. ī Salu.

Non procacitatæ linguae uitæ sordes eluuntur.

s.tuscul.

Non ex singulis uocibus philosophi spectādi sunt, sed

ex perpetuitate, atq; constantia, resq; spectari oportet,
non herba.

pro Plac. *dis. tus, integritas, probitas in homine, non linguae uo
cibus, non ars, non scientia requiri solet.*

R. in Sal. *Ea magna uoluptas est, æqualem, ac parē uerbis uitam
agere, atq; ita uiuere, ut omnis oratio moribus consonet.*

C. maior. *Miseria est senectus, quæ se oratione dūtaxat defēdit.*

2. de fini. *Ita uiuunt quidam, ut eorum uitæ refellatur oratio,
atq; cæteri exsudantur dicere melius, quam facere, cùm
sit melius facere, quam dicere.*

3. tusc. *Sunt qui cum populi non solum commoda, ueruetiam
salutem oppugnant, & impedian, oratione aſequi uolūt,
ut populares esse videantur, vt C. Gratus, cū largitiones C. Gra
maximas fecisset, & effudisset ærarium, uerbis defendebat chus.
bat ærarium.*

5. tusc. *Epicurus tantummodo induit personam philosophi, & Epicurus.
sibi hoc ipse nomen inscripsit, cum non multum differet à
iudicio ferarum, præsertim cùm omne malum dolore desi
nit, bonum uoluptate.*

2. tusc. *Cum philosophorum uita, mirabiliter pugnat oratio.*

Or. ad br. *In philosophia. 5. de Philosophia.*

1. de fini. *Non est satis iudicare. 5. consilium rem precurrat.*

4. acade. *Plus in negotijs gerendis res, quam herba prosunt.*

C. ad. fr. *Sunt facta uerbis difficiliora.*

3. off. *Eſt alienum miro, quod alteri præceperit, id ipsum fa
cere non posse.*

3. tusc. *Quid herba audiam, quum facta videam?*

3. tusc. *Qui suos casus aliter ferunt, atq; ut alijs autores ipſe*

fuerunt, non sunt uitiosiores, quam ferè pleriq; qui auari
auaros, gloriae cupidos gloriosi, reprehendunt.

Seruius

Noli imitari malos medicos, qui in alienis malis pr
etentur se tenere medicinæ scientiam, seipso curare. In malo
possunt. Sed potius alijs que tute præcipere soles, ea tibi medicos.
subijce, atq; apud animum propone.

p M. Cæ.

Tu qualis es, talem te esse existimes, ut quantum à rea
rum turpitudine abes, tantum te à uerboru libertate seiu
gas, deinde ut ea in alterum ne dicas, quæ cum tibi falso
responsa sint, erubescas.

Non ætas in homine, sed
uirtus consideranda.

C. maior.

Non cani, non rugæ repente auctoritatem affera
re possum, sed honestè acta superioræ etas, fructus
auctoritatis præbet extremos.

Phil. 5.

Virtutis, quam ætatis, cursus celerior.

Sermo, & oratio.

p A. Cæ
cin.

Verbainuenta sunt, non quæ impedirent, sed quæ
indicarent uoluntatem.

i. deleg.

Interpres mentis eloquio, herbis discre
pans, sententijs congruens.

i. off.

Sermone eo debemus uti, qui notus est nobis.
In primis prouideamus, ne sermo uitium aliquod indi
cet inesse moribus, quod maximè tum solet euenire, cum
studiosè absentibus detrahendicauſa, aut per ridiculum,
aut seuerè, aut maledicē, cōtumeliosoq; dicitur.

i. de ora.

Quoties aliquid, aut dicimus, aut loquimur, toties de
nobis indicatur.

- C.Q. fr. Moderari animo, & oratione. §. Appetitus.
- C.Q. fr. Diligentissimè linguam continere, mihi uirtus interdum non minor uidetur, quam omnino non irasci.
- A. de ora. Id ipsum dicere nunquam est non ineptum, nificum est necessarium.
3. de fini. Habent suum modum, quæcumq; oportuna dicuntur.
- p. R. Co. Tacere noli, ubi oportet.
- p. Milone Non est necesse omnium flagitia proferre.
- R. in Sal. Sæpe grauius offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia aperte dicunt, quam qui committunt.
- p. R. Ame. Homines notissimos sumere odiosum est, cum & illud incertum sit, uelint ne, hi, se se nominari.
- Or. ad br. Debemus considerare. §. de Circumstantia.
- p. M. ael. Alia est ratio. §. de Circumstantia.
- De cl. or. Cauendum est, nequid agendo, faciendōue facias, cuius imitatio rideatur.
- i. off. Fit nescio quodammodo. §. Alienæ, uideamus.
- Part. or. Oratio debet esse ornatiō sententijs, quam uerbis.
- p. I. Ma. Non tā copia, quam modus in dicendo querendus est.
- C. maior. Decorus est sermo senis, quietus, & remissus, facitq; persæpe sibi audientiam diserti senis compita oratio, & mitis.
- e. off. Difficile est dictu, quantopere conciliet animos hominum, comitas, affabilitasq; sermonis.
- ¶. Sermo familiaris quatenus moderandus**
fit, lege plenius, primo offi. capite,
Et quoniam, cum sequenti;

3. d' orat. **M** Inimicē sibi quisq; notus est, & difficillimē de se quisq; iudicare, ac sentire potest.

Ci. in Valer. Nemo de se satishonētē, ac sine multorum inuidia loqui potest.

C. luceio Ut uerecundius ipsi de se omnes scribant necesse est, si quid est laudandum, & pretereant, si quid reprehendendum est, accedit etiam ut minor sit fides, minor auctoritas.

Multis doctrina non deest, sed oratio.

1. tuseul. **I**eri potest, ut rectē quis sentiat, & id quod sentit, politē eloqui non posſit.

Pro Arc. Sunt qui se ita literis abdiderūt, ut nihil posſint ex his, neq; ad communem afferre fructum, neq; in aspectum lucemq; proferre.

Poet. **S**unt quidam, aut ita lingua hæfiantes, aut ita uoce absoni, aut ita uultu, motuq; corporis uasti, atq; agrestes, ut etiam si ingenij, atq; arte ualeant, tamen in doctorū munerum uenire non possint. Sunt autem quidam, ita natūrae munib; in ijs dēm rebus habiles, ita ornati, ut nō nati, sed ab aliquo deo facti esse uideantur. Hoc quo tidianum

Sinistri quidam laudatores.

2. tuseul. **V**nt qui nihil laudant, nisi quod se imitari posſe confidunt.

Orat. ad Brut. **N**unc tantum quisq; laudat, quantum se posse sperat imitari.

3. delegi. Est iniqua, in omni re accusanda, pretermis̄ bonis,
malorum enumeratio, uitiorumq; selectio.

Ceci. Ci. fa. 6. Et liberum, alterū laudare, de quo, quicquid detrahas,
necessē ea, aut infirmitati, aut inuidia aſsignetur.

Inuidia.

3. tuscul. **I**Nuidia est ægritudo ex alterius rebus secundis.

4. ad her. **V**irtutis comes inuidia, plerūq; bonos insectatur.

C. Ap. pul. Latè patethoc uitium, & est in multis, inuidere scilicet.

chr. fa. 3. Mos est hoīm, ut nolit eundē pluribus rebus excellere.

De cl. or. Pleriq; sunt inuidi, maximeq; est commune uitium, &

2. de ora. peruagatū inuidetur autem præstanti, florentiq; fortunæ.

2. de ora. Inuidenti homines maximè paribus, aut inferioribus,
cū se relictoſ sentiunt, illos autem dolent euolasse, etiam
superioribus inuidetur uehementer, & eo magis, si intole-
rantius, se iactant, & equalitatē communis iuris, præ-
stantiā dignitatis, aut fortunæ suæ, transeunt.

Quibus
inuidet.

Proclu. In iudicijs inuidia imbecillis esse debet, nihilq; homini
est tam timendum, quam inuidia, nihil innocentii suscepta

3. delegi. inuidia, tam optandum, quam æquum iudicium.

1. inuet. in Inuidia summus ordo caret.

Catil. Inuidia, virtute parts, gloria non inuidia, putada ea.

I R A.

4. tuscul. **I**Ra (ut inquit Ennius) est initium insaniæ.

1. off. Prohibenda est maximè ira in puniendo, Nunquam **Ennius.**
enim iratus, qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam
tenebit, quæ est inter nimis, & parum, cœwendū est igit.

Q

ne maior sit pena, quam culpa.

I. off. *Omnis animaduersio, & castigatio, contumelia uocare debet.*

In Lelio. *Monitio acerbitate, & obiurgatio contumelia careat.*

I. off. *Non sunt audiendi, qui graviter irascendum inimicis putant.*

I. off. *Obiurgationes incident necessarie nonnumquam, in quibus utendum est fortasse, & uocis contentione maiore, & uerborū gravitate aetiorē. Atq; illud ipsum quod acerbitas habet obiurgatio, significandum est ipsius causa, qui obiurgetur susceptum. Id agendum etiam est, ne ea facere videamur irati. Sed ut ad urendum, ex secundum, sic ad hoc genus castigandi raro, innitiq; ueniemus. Nec unquam nisi necessario, si nulla alia reperietur medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri solet.*

I. off. *Sep̄ ira procul absit, cū qua nihil recte, nihil considerate fieri potest, & qua cū aliquā perturbatioē fiunt, neq; constanter ea fieri possunt, neq; ab ijs qui adsunt, probari.*

I. off. *Proprium est irati, cupere a quo l̄æsus uideatur, ei quam maximum dolorem inurere.*

I. tuscul. *Non est in nostra potestate, fodicantibus ijs rebus, quas malas esse opinamur, disimulatio, uel opinio.*

p Sylla. *Difficile est tacere, cum doleas.*

p M. cæl. *Omnes lesi dolent, irati efferuntur.*

Ex. s. ac. *Habet quandam aculeum contumelia, quem pati prudenter. dentes, ac boni uiri difficillime possunt.*

Ad att. 4 *Doloris magnitudo, uim quandam nobis dicendi dat, & tribuit.*

Rarō irascendum.

i. off. Leuiora sunt ea que repente aliquo motu accidentunt,
quam ea, quae præmeditata, atq; præparata inferuntur.
Tu plura, primo Officiorum, quæ ad
hanc sententiam pertinent, leges.

Timor, & metus.

2. offic. **R** Erū omniū nec aptius est quicquā. s. de amicitia.
Phi. i. Charum esse ciuem. s. de amicitia.
2. offic. Benevolentiae uis est maxima, metus, ibecillis.
2. offic. Nulla uis imperij tanta est, quæ præmente metu, possit
esse diuturna.

2. offic. Multorum odij, nullæ opes possunt obfistere.
2. offic. Quæ metuunt oderunt, quæ quisq; odit, perijisse expetit.
Phil. i. Oderunt, dum metuant.
Phil. 2. Timor, non diuturni magister est officij.
2. offic. Malus est custos diuturnitatis metus, contraq; benevolen-
tia fidelis est ad perpetuitatem, id igitur amplectamur,
ut metus abſit, charitas retineatur.

Phil. 2. Milies perire est melius, quam in sua ciuitate sine era-
morum prædio non posse uiuere, præsidium, charitate,
& benevolentia ciuiū septum oportet esse, non armis.

ad Tu plenissimè secundo Officiorum.
capite. Rerum autem omnium.

Grauior est plerumq; metus, & grauius
afficit, quam res ipsa que timetur.

C. A. Tor
qua. Fa. 6. **P**lus in metuendo est malū, quam in eo ipso, quod timet.
p. A. Cea
cinna. Maior est ea uis, quæ piculo mortis iecto, formi-
dine animū pterritū, loco sāpe, & certo de statu dimovet,

Q ii

quām quæ ad corpus nostrum, uitamq; peruenit. Itaq; saucy s̄pē homines cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt, néq; eum relinquunt locum, quem insituerunt defendere. At ali⁹ pelluntur integri, ut non dubium sit, quim maior adhibita sit uis ei, cuius animus sit perterritus, quām ille, cuius corpus uulneratum sit.

p Cecin. Exercitus maximij s̄pē pulsi, ac fugati sunt, terrore ipso, impetuq; hostium, sine cuiusquām non modo morte, uerū etiam uilnere.

C. Brut. Magna est stultitia, id ipsum quod uerearis ita cauere, ut cū uitare fortasse potueris, ultrò accersas, & attrahas.

pro l. Ma⁹ nul. Omnes, quorum in alterius manu, uita posita est, s̄pius illud cogitant, quid possit is, cuius in ditione, ac potestate sunt, quām quid debeat facere.

S. Thescu. Nos omnia tū uenientia metu augentes, tum mcerore præsentia, rerum naturam, quām errorem nostrum damare malimus.

Quod futurum est, uitari non potest.

3. na. d. **E**ffugere nemo potest, quod futurum est. Et s̄pē utile est non scire quod futurum sit. Misserum est enim nihil proficiēt, angit.

2. de diui. Nihil est pro certo futurum, quod possit aliquā præcognitione accidere, ne fiat.

Factum infectum esse non potest.

1. de fini. **Q**uod semel iam missum est coerceri, reprimiq; non potest.

In Piso.

Præterita mutare non possumus.

2. de fini.

Non potest dies esse saepius, qui semel fuit.

C Curio.

De præteritis non est querendum.

F. 4. 7.

Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.

Pro domo sua.

ET si optabilius est uitæ cursum coficere sine dolore,
et iuria, tamè ad immortalitatæ gloriæ, plus adfert
desideratum esse à suis ciuibus, quam omnino nunquam
fuisse uiolatum.

C. lucæio

Habet præteriti dolori secura recordatio, delectationē.

Fa. 5.

Incunda est memoria præteriorum malorum.

2. de fini.

Suanis est præteriorum laborum memoria.

2. de fini.

Incundi sunt acti labores.

2. de fini.

Non tam cumulus bonorū incundus esse potest, quam

1. tuscul.

molesta deceſſio.

Vllum uix laborem subimus, niſi proposito
præmio, aut gloriæ.

P.C. R. 4. bir.

Nemo nostrum in reip. periculis cum laude, ac uirtute uersatur, quim spe posteritatis, fructuq; du-

1. off.

catur.

Vix uenitur, qui laboribus susceptis, periculisq; adie-

tis, nō quasi mercedem rerum gestarum, desideret gloriæ.

P.C. R. 4. bir.

Pro sua patria, pauci post genus hominū nati, reperti

sunt, qui nullis præmijs propositis, uitam suam hostium

telis obijcerent.

Omnes utilitate mouentur.

ijj

3. off. **O**mnes expetimus utilitatem, ad eaque rapimur, nec facere aliter ullo modo possumus. Nam quod est, quod utilia fugiat, aut quis potius, qui ea non studiofissime psequatur?

3. off. Cum aliqua species utilitatis obiecta est, nos commoqueri necesse est.

2. de ora. Nemo est qui putet expetendam maximè dignitatem, sed uincit utilitas plerumque, cum subest ille timor, eaque neglecta, ne dignitatem quidem posse retineri.

1. off. Cum utilitas ad se rapere, honestas cōtrā revocare ad se uidetur, fit ut distrahabatur deliberatio animus, afferatque anticipitem curam cogitandi.

2. de ora. Hæc res plus proficit, si proponatur spes utilitatis futuræ, quam præteriti beneficij recordatio.

Hoc quo^t
tidie expe-
tium.

Alterum ne leseris, tibi ut pro sis.

2. tuscū. **Q**ui alteri exitum parat, eum scire oportet sibi partam pestem, ut participet partem.

1. offi. Quod cuique obtigerit, id quisque teneat, eo si quis plus appetet, violabit ius humanæ societatis.

2. off. Animaduertamus, cum alios inuare uelimus, ne quos offendamus, Sæpe enim aut eos ledimus, quos non debemus aut eos quos non expedit. Si imprudenter negligentiae est, si scienter temeritatis.

2. off. Res familiaris quaeri debet ijs rebus, à quibus abest turpitudine, conseruari autem diligentia, et parsimonia, ijsdem etiam rebus augeri.

2. off. Nostræ utilitates nobis omittenda non sunt, alijsque tradendæ, cum ijsipsis egeamus, sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruendum est.

3. de fini. Alienum est à iustitia, ad quam nati esse videmur, dea
trahere quid de aliquo, quod sibi assumat.

4. act. in Non est permisum, ut impugnè nobis liceat, quod
Ver. alicui cripuerimus, id alteri tradere.

3. offi. Ve si unumquodq; membrum. In similib. 3.

5. offi. Suum cuique in cōmodum ferendum est potius, quam
de alterius commodi detrahendum.

3. offi. Rei familiaris amplificatio nemini nocens, uituperan-
da non est, sed detrahere aliquid alteri, & hoc ēm hominis
in cōmodo, sū angere cōmodū, magis est cōtra naturam,
quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cātera, quæ
possunt aut corpori accidere, aut reb⁹ extēnis. Illud enim
natura, nō patitur, ut aliorū spolijs nostris facultates, co-
pias, opes, augeamus. Nēq; solū natura, id est iure gentiū,
uerū etiā legibus, quibus res publica cōtinetur, eodē modo
cōstitutū est, ut nō liceat sūi cōmodi causa nocere alteri,
hoc spectat leges, hoc uolūt in columē esse oīm cōiunctiōne.

Tn plenissimē leges tertio officiorum, quatenus
commodis proprijs sit inseruendum.

Promissa seruanda.

3. offi. **D**Acta semper, & promissa seruāda sunt, quæ nec
ui, nec dolo malo facta sunt, illa seruāda nō sunt
quæ nō sūt ijs ipfis utilia, quibus illa promiseris.

4. offi. Illis promissis standum non est, quæ coactus quis me-
ru, aut deceptus dolo promiserit.

5. offi. Promissa nō sūt seruāda ijs, qbus pmiseris, inutilia si-
sint, nec si tibi plus noceat, quam illi pro sint cū pmiseris.

Natura
non pati-
tur, ut ala-
terius ia-
etur à dia-
tescamus.

Phil. 8. Scelerum promissio, & ijs qui expectant perniciosa est, & ijs qui promittunt.

1. off. Semper in fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum est.

3. off. Quod affirmatiū, quasi deo teste promiseris, id tenendum est.

3. off. Quod ex animi tui sententiā iuraueris, id non facere, perjurium est.

3. off. Quod ita iuratū est, ut mens conciperet fieri optare, id seruandum est, aliter si non feceris, nullum perjurium est.

Conscientia.

3. d. na. d. Conscientiae graue pondus.

2. tuscul. Nullū theatrū, uirtuti, conscientiā maius est.

Pro clu. Consciētiām à dijī immortalibus accepimus, quæ à nobis auelli non potest.

Pro clu. Si optimorum consiliorū, atq; factorum testis in omni uita nobis conscientia fuerit, sine ullo metu, & summa cum honestate uiuemus.

C. A. tor. Conscientia recte uoluntatis, maxima consolatio est
qua. fa. 6. rerum incommodarum.

C. M. ma. Vacare culpa, maximum est solatium.

fa. 7. Nihil est melius, quam memoriare recte factorum, & li-

C. bruto. bertate contentum, negligere humana.

C. ma. Conscientia bene acte uitæ, multorumq; benefactorum recordatio, iucundissima est.

Pro Mil. Magna est uis conscientiae in utrumq; partem, ut neq; timeant, qui nihil cōmiserint, & pœna semper ante oculos scientiae.

uersari putent, qui peccarint.

In Valer. Ego semper hac opinione tractus fui, ut eum qui nihil commiserit, sibi nullam penam timere existimatorem.

¶ Bonum.

Parad. **B**onum est quod rectè fit, & honeste, & cum virtute, & quod honestum, & cum virtute est, id solū est bonum.

3. tuscul. Tria sunt genera bonorum, maxima, animi, secunda, corporis, externa, tertia. Triplex bonum.

2. deora. Alia sunt in homine optanda, alia laudanda, Genius, forma, uires, opes, diuitiae, ceteraque, quæ fortuna dat, aut extrinsecus, aut corpori, non habent in se ueram laudem, quæ deberi uni solum virtutis putatur. Sed tantum, quod ipsa uirtus, in earum rerum usu, ac moderatioē maximē cernitur.

C Attic. Nihil bonum, nisi quod honestum, nihil malum, nisi lib. 10. quo d turpe.

5. tuscul. Quicquid est quod bonum sit, id experīdum est, quod autem ēxpetendum, id certē approbandum, quod uero approbaris, id gratum, acceptumq; habendum.

Parad. Non sunt dicenda bona illa, quibus abundātem, licet esse miserrimum.

5. tuscul. Bona non sunt, quæ quis habeat, & miserrimus esse possit.

4 tuscul. Nec bonū est illud, quod aut cupias ardenter, aut adēptus, te efferas insolenter.

2. tuscul. Diversitas, quia quiuis, quamvis indignus habere potest,
in bonis non numero.

Parad. 1. Neq; pecuniae, neq; testa magnifica, neq; opes, neq; ima-
peris, neq; eas, quibus maxime astricti sint, voluptates, in
bonis rebus, aut expetendis numerandæ sunt, quippe ho-
mines ipsi rebus affluent, ea desiderant maxime, quibus
abundant.

1.parad. Bias. In Apoht. Bias.
Plura primo Academicarum, tertio tusculanum, primo parado. & in lib. de fini, bo-
norum & malorum, legere potes.

¶ Vir bonus.

3.off. **V**ir bonus est, qui prodest quibus potest, nocet autem
nemini.

3.offic. Vir bonus non modo facere, sed ne cogitare quidem
quicquam audebit, quod non audeat prædicare.

4. tuscul. Homo frugi, omnia rectè facit.
3.offic. Fas nec est, nec unquam fuit, quicquam, nisi pulcherri-
mum facere eum, qui esset optimus.

De Vni. Vir bonus, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahebit. Itaq; in uitium bonum non cadit mentiri, emolumenti
sui causa, criminari, præripere, fallere.

3.offic. Non est res ulla tanti, aut commodum ullum tam expe-
tendum, ut uiri boni, & splendorē, & nomen amittas.

3.offic. Neq; contra Rempublicam. §. de Indice.
De Vni. Probus inuidet nemini.

C. Q. fr. Ut quisq; est vir optimas, ita difficillimè esse alios im
probos suspicatur.

s. de fini. Omnes boni beati.

s. tuscul. Cùm sapiens, & bonus vir. s. de sapientia.

s. tuscul. Nec bono quicquam mali eueire potest, nec uiuo, nec mortuo, nec unquā eius res à dijs immortalibus negligētur. In signe
di etum.

s. tuscul. Qui omnibus bonis instructi sunt, & ornati, tum sa-
pientes, tum viri boni dicuntur.

p. Milo. Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, impij
sæpe paruo.

Pro Pla. Sancti viri, & religionem colentes sunt, qui meritū
dijs immortalibus gratiam, iustis honoribus, & meritis,
& memori mente persoluunt. Quid cri-
stianū ma-
xime dea-
ceat.

i. de legi. Omnes viri boni æquitatem, & ius ipsum amant. Nec
est viri boni errare, & diligere quod per se non sit diligē-
dum, & colendum.

i. off. Nemo est omnino negligendus, in quo aliqua virtutis
significatio appareat.

3. Beatus.

i. d. na. d. Beatus esse sine virtute nō potest.

i. tuscul. Tunc erimus beati. i. Pīs Sententijs.

4. tuscul. Is est beatus, cui nihil humanarū rerum, aut
intollerabile, ad demittendum animum, aut minus lataibile,
ad efferendum uideri potest.

s. tuscul. Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adiuncto
malo.

s. tuscul. Beati sunt, quos nulli metus terrent, nullæ & gritudines excedunt, nullæ libidines cruciant, nullæ futilis laetitia & exultantes languidis lique faciunt voluptatibus.

s. tuscul. Virtemperans, constans, sine metu, sine & gritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, is est beatus.

Parad. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex se se, quiq; in se uno sua ponit omnia. Cui autem s̄t̄ es omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certi, nihilq; quod exploratum habeat permanens ubi, ne unum quidem diem.

s. tuscul. Nisi stabili, & fixo, & permanente bono, beatus esse nemo potest, nihil enim inuenire scere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum quae in uita beata consistunt. Nam, qui timedit, ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit.

s. tuscul. Qui beatus est, non intelligo quod requirat ut sit beator. Si est enim quiddam quod desit, ne beatus quidē est.

De fin. 2. Nemo esse beatus potest, neq; enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis uita beata duci solet. Nec appellatur omnino uita beata, nisi confecta, atq; absoluta. Nec enim potest alias quisquam beatus esse, alias miser. Qui enim existimabit posse se miserum esse, beatus non erit. Nam cū semel est suscepta beata uita, tā permanet, quam ipso sa illa effectrix beatæ uitæ, sapientia. Nec expectat ultimum tempus ætatis, quod Cræso scribit Herodotus præceptum esse à Solone.

Pro. M. Est uere fortunatus ille, cuius ex salute non minor pene ad omnes, quam ad illum, cui uentura sit latitia, peruenierit.

Solonis
sententia
Ante obi

tū nemo;

Ge.

s. tuscul. Omne beatum est, cui nihil deest, & quod in suo genero expletum, atque cumulatum est, idque virtutis est proprium.

Reliqua, tulege secundo Parad.

& tusculanarum libro quinto.

Miser.

s. tuscul. Præstans ualeudine, viribus formâ, acerrimis, inter gerri miserijs sensibus, etiam si liber, uelocitatem da, diuitias, honores, imperia, opes, gloriâ, si fuerit is qui hæc habeat iniugus, intemperans, timidus, hebeti ingenio, atque nullo, is erit profecto miserrimus.

Phil. 1. Beatus est nemo, qui ea lege uiuit, ut non modò impugnè, sed etiam cum summa intersectoris gloria interfici posse.

3. off. Cui uita potest esse utilis, cum eius uite, ea conditio sit, ut qui illam eripuerit in maxima gratia futurus sit,

& gloria.

C. Caio Ita uiuere, ut non sit uiuendum. miserrimum est.

Mario.

Fa. 7. Impij semper cruciantur.

Multi à uoluptate ad uirtutem se receperunt.

Pro. N. *M*ultos uidi, & audiui, non modo qui primoribus
Cæl. labris gustassen genus hoc uite uoluptaria &

extremis, ut dicitur, digitis attigisset, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emerissem aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur, receperissem, grauesque homines, & illustres fuisse. Datur enim concessum omnium, de iuuentute.

Pro. M. Multi, & nostra, & patrum memoria summi, & classissimi ciues fuerunt, quorum cum adolescentiae cupiditates deferuerint, eximiae virtutes firmatae aetate extiterunt.

Iuuentuti ludus quidam, & voluptas interdum aliqua permittatur.

i. Offi.  Vm iuvenes relaxare animos, & dare se iucunditati uolent, caueant intemperantiam, meminerint uerecundiae.

i. Off. Ludendi est quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elatique uoluptate, in aliquam turpitudinem dilabamur.

i. Off. Ludo, & ioco ut illis quidem licet, sed sicut somno, & quietibus, ceterisque cum grauibus, seriisque rebus satisficerimus. Ipsumque genus iocandi ingenium, & facetum esse debet, non profusum, nec immodestum, sed semper in ipso ioco aliquid probi ingenij lumen eluceat.

i. off. Pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam quae ab honestatis actionibus non sit aliena.

Pro. M. Datur concessum omnium huic aliquis ludus aetati, & ipsa natura profundit adolescentiae cupiditates, quae sita erumpunt, ut nullius uitae labefactent, nullius domum euercent, faciles, & tollerabiles haberi solent.

Pro . M.
Cælio.

Detur aliquid iuuentuti, sit adolescentia liberior, non omnia uoluptatibus denegentur, non semper superet uera illa, & directa ratio, uincat aliquando cupiditas, uoluntasq; rationē, dum modo illa in hoc genere præscriptio, moderatioq; teneatur. Parcat iuuentus pudicitiae sue, non spoliat alienam, ne effudat patrimonium, ne scœnore truncum detur, Ne incurrat in alterius damnum, atq; famam, ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat, ne quem interimat, ne intersit in fiducijs, scelere caret, postremo dum paruerit uoluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atq; inanis hasce adolescentia cupiditates, reuocet se aliquando ad curam rei domesticæ, forensis, reipublicæ ut ea quæ antea ratione non perspexerat, saetietate abiecisse, experiencing contempisse uideatur.

Quæ stu
diose ca
ueda sine
in adoles
scientia, cū
aliquid uo
luptati tri
buitur.

Pro . M.

Cæl.

In Val.

Pro . M.

Cæl.

Tempus iuuentutis sua sponte infirmum, aliorum libidine infestum est.

Voluptate, & delicijs facile iuuentus intercipitur.

Semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius à gloria, quam in uitandi sunt. Amputanda sunt plura illi ætati, si quidem efflorescit in genij laudibus.

Tu, plura in oratione pro . M. Cælio,

Iuuentus senum prudentia nitatur,

& regatur.

L. off.

Bea adolescentis maiores natu reuereri, ex hisq; eligere optimos, & probatissimos, quorum consillio, & auctoritate nitatur, Ineuntis enim æta-

tis iustitia, senum constituenda, & regenda prudentia est, maximè autem hæc ætas à libidinibus arcenda est, exercendaq; in labore, patientiaq; & animi, & corporis, ut eoru, & in bellicis, & ciuilibus officijs uigeat industria.

i. Off. Tribuere plurimum senectuti debemus.

In Lal. Eum, nos qui ætate anticit, tanquam superiorē colere debemus.

de Vni.

Non est rectum, minori parere maiorem.

i. off.

Imitandi sunt maiores, primum illud exceptum, sed ne uitia sint imitanda.

C. maior.

Senectutis est proprium, ut adolescentulos doceat, instituat, ad omne officij genus instruat.

Senectus.

Nihil est præclarius, quam honoribus, & reipublicæ muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere, id quod apud Enniū dicit ille Pythius Apollo. Se esse petendum eum, unde sibi si non populi, & reges, aut omnes, sui tam
men ciues consilium expeterent.

C. Ma.

Omnium ætati certus est terminus, Senectutis autem consiliū nullus certus est terminus, recteq; in ea uiuitur, quo ad manus officij exequi, & tueri possis.

C. Ma.

Misera est senectus, quæ se oratione duntaxat defensit. Non cani, nō rugæ repente auctoritatem afferre posse sunt, sed honeste acta superior ætas, fructus auctoritatis præbet extremos.

i. off.

Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ uidentur.

Nihil magis caendum est senectuti, quam negligori,
desidieque dedat, luxuria uero cum omni ceterati turpis, se-
nectuti fœdissima est, duplex enim inde malum est, quod
ipsa senectus concipit dedecus, & facit adolescentiam im-
pudentiorem intemperantiam.

Studiose, & diligenter euolues, dialogum, qui
Cato Maior inscribitur, ubi in senectutis laudie-
bus totus, & multus est Cicero.

Relaxetur oportet aliquando animus.

2. Phil. **H** Omines quamuis in rebus turbidis, tamen si modo
homines sunt, interdum animis relaxantur.
pro Plac. Ocij, non minus, quam negotij ratio extare debet.
Contentio probanda.

Pro. C. **C** Ontentio tandem sapiens est, quandiu aut proficit alia
quid, aut si non proficit, non obest.
Malè parta, malè pereunt.

2. Phil. **M** Alè parta, malè dilabuntur.
Quibus facile ignoscitur.

In Vale. **I** Llis facile ignoscitur, qui non perseverare, sed ab er-
rato se renocare moluntur.

Phil. 12. Cuiusvis est hominis errare, nullius nisi insipientis
perseverare in errare.

Phil. 12: Optimus est portus penitenti, mutatio consilij.

C. Q. fr. Sit erranti medicina confessio.

Nostrum. Humanū est errare, sed ferinum perseverare in errore.

Voluntas puniatur, etiam si non
impleatur.

3. off. **I**N ipsa deliberatione facinus inest, etiam si ad id non peruerterit.

Pro Mil. Non exitus rerum solum, sed & hominū cōsilia legibus vindicantur, minus quidem dolendum est, re nō pfecta, sed puniendum eertē nihilominus.

Pro M. Multæ similitates, nec fronti ulla fides.

Marcel. **I**N animis hominū multæ sūt latebræ, & multi recessi.

C. Q. fr. Multis simulationum inuolucris tegitur, & quasi uelis quibusdam obtenditur uniuscuiusq; natura, frons, oculi, uultus persæpe mentiuntur.

C. brut. Temerè affirmare de altero, est periculose, propter occultas hominum uoluntates, multiplicesq; naturas.

G. lē. f. i. Fronte, atq; uultu, simulatio facillimè sustinetur.

Nullus ad nocendum efficacior, quam domesticus inimicus.

Aet. 5. in **N**ullæ sunt occultiores insidiæ, quam quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum qui palam est aduersarius, facile cauendo uitare possis, hoc uero occultum, intestinum, ac domesticum malum non modo exigit. uerum etiam opprimit anæ tequam prospicere, atq; explorare potueris.

Aet. 7. in Tacitæ magis, & occultæ inimicitia timenda sunt, quam inditæ & apertæ.

Vultus animum detegit.

De pet. **V**ultus, ac frons, animi est ianua, quæ significat uoluntatem abditam, ac retrusam.

3. de orat.

Omnis motus animi suum quendam à natura habet uolum, & sonum, & gestum. Animi imago uultus est. Indices oculi. Nam hæc est una pars corporis, quæ quot animi motus sunt, tot significaciones, & commutationes posse mago, uult sit efficere. Oculi enim sunt quorum tum intentione, tum tuus. cōiectu, tum hilaritate, motus animorum significemus aptè. Nam oculos natura nobis, ut æquo, & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit.

2. off.

Ex oculorum obtutu, superciliorum, aut remissioe, aut contractione, facile iudicamus, quantus sit in homine dolor, aut metus, aut deniq; tristitia.

¶ Ex coniecturâ, multa discuntur.

p. Client.

PErinde, ut est opinio de cuiusq; moribus, ita quid ab eo factum sit, & non factum existimari potest.

C. Tor.

De futuris rebus, & si difficultè est dicere, tamè interquat. fa. 6 dum possis coniecturâ propius accedere, cum res est eiusmodi, cuius exitus preuideri potest.

1. offic.

Facile in optimam partem. 3. Ut superior ætas:

2. de orat.

Aribus ipsis si in dicendo non utimur, tamen apparet, atq; extat, utrum simus earum rerum rudes, an dediscerimus.

¶ Alienæ et uidemus, & curamus,
nostra non cernimus.

2. off.

FIt nescio quo pacto, ut magis in alijs cernamus, si quid delinquitur, quam in nobis met ipsis.

3. de ora. Aliorū patroni, nostra tenere, tueriq; nō possumus.
In Lelio. Satis superq; sit, cniq; suarum rerum cura alienis nō
 mis implicari molestum est.

Alterum, alterius auxilio eget.

3. de orat. **N**ullum est genus rerum, quod aut aulsum à cetero
 ris, per se ipsum constare, aut quo cetera sicaret,
 uim suam, atq; aeternitatem conseruare possint.

Quae uicinitas probanda.

pro Plac. **L**audanda est, uel amanda potius uicinitas retinens
 ueterem illum officij morem, non infuscata maleuole
 tia, non assueta mendacijs, nō fucata, non fallax, nō eru
 dita artificio simulationis, uel suburbano, uel etiā urbano.

Similitudo amicitiam parit. Et odium
 dissimilitudo contrahit.

Pro Clu. **M**agnā uim habet ad coiuengendas amicitias, sua
 diorum, ac naturae similitudo.

C. Ma. Pares cum paribus facillimē congregantur.

In Lel. Nihil est quod tam attrahat, & alliciat ad amicitiam,
 quam similitudo, qua sit, ut bonos boni, diligant, osciscātq;
 sibi quasi propinquitate coniunctos, atq; naturā, nihil est
 enim appetentius similiūm sui, nihil rapacius, quam natu
 ra. Hinc constat bonis inter bonos quasi necessariam bee
 neuolentiam esse.

In Lel. Disparē mores, disparia studia sequuntur, nec ob
 liam cauſam ullā, boni improbijs amici esse non posse,
 nisi quod rāta est intereos, quanta maximē potest esse, mo
 rum, studiorumq; distantia.

3. de fini.

Multi sine ulla doctrina, natura ipsam sequuti, multa laudabilia fecerunt.

Pro Arc.
p̄c̄t.

Sæpius ad laudem, atq; virtutē, natura sine doctrina, quam sine natura, valuit doctrina.

3. de ora.

Omnis tacito quodam sensu, sine ulla arte, aut ratione, quæ sunt in artibus, ac rationibus recta, ac prava diuinificantur.

2. d' na. d.

Meliora sunt ea quæ natura, quamquæ arte perfecta sunt.

1. d' na. d.

Nulla ars imitari naturæ solertiam potest.

2. d' na. d.

Omnis natura artificiosa est, & habet quasi viā quamdam, & sectam, quam sequatur.

Ars quam natura certior.

De cl. or.

Sine doctrina si quid bene dicitur adiuuante natura, stamen id quia fortuitò sit, semp paratu esse nō potest.

4. de fini.

Et si ingenij magnis prædicti quidam, dicendi copiam sine ratione consequuntur. Ars tamen est dux certior, quam natura. Aliud est enim poetarum more uerba fundere, aliud ea quæ dicas, ratione, & arte distinguere.

1. de ora.

Quæ bona sunt fieri meliora possunt doctrina, & quæ non optima aliquo modo acutam, & corrigi possunt.

Nemo scribat nisi doctè.

2. tuscul.

VIdetur quicquid literis mandatur, id commendari omnium eruditorum lectioni decere. Lectionem sine delectatione negligo.

I. tuscula.

Mandare quemquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere electorem; hominis est intemperanter abutentis, & ocio, & literis.

Memoria.

I. tusc.

C. maior.

Memoria est signatarum rerum in mente vestigium. Memoria minuitur, nisi exerceas eam, nunquam tamen quemquam senum audiui oblitum, quo loco thesaurum obtrusisset.

Rerum omnium thesaurus memoria, nisi custos iuxenatis, cogitatisq; rebus, & uerbis adhibeat, intelligimus omnia, etiam si præclarissima fuerint, in oratore peritura.

Principium.

I. tusc. &

I. S. Sci.

S. de fini.

Pro clu.

Principij nulla est origo. Nam ex principio oriuntur omnia.

Omnium rerum principia parva sunt, sed suis progressionibus usq; augentur.

Principijs cognitis, multo facilius extrema intelliguntur.

V S V S.

I. off.

Pro C. R.

posth.

I. de orat.

I. de orat.

Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta percepérunt quicquam magna laus de dignum, sine usu, & exercitatio ne consequi possunt.

Vsus magister est optimus.

Vsus frequens, omnium magistrorum præcepta superat.

Stylus est optimus, & præstantissimus dicendi effector, ac magister.

Addit inter dum non nihil ipsa patria,
& locus, ad ingenium.

2. d. n. d.



Cutiora sunt ingenia, & ad intelligendū aptiora
eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer sit
purus, ac tenuis, quam illorum, qui utuntur crasso
cælo, atq; concreto, quin etiam cibo quo utaris, interest atq;
liquid, ad mentis aciem.

Ca. M. 4.

Themistocles. In Apophth. 3.

Praeclara rara, eaq; difficultia.

In Læl.

OMnia præclara rara, nec quicquā difficultius, quam
reperire, quod sit omni ex parte, in suo genere
perfectum.

2. de fini.

In omni arte, uel studio, uel quamvis scientia optimum
quicq; rarissimum.

3. tufcul.

Quod præclarum, idem arduum.

m. off.

Quo quid difficultius, hoc præclarius.

2. de iuē.

Quæ rara, atq; ardua sunt, ea ex principio pulchra, &
iucunda hominibus uideri solent.

Nostrū.

Rebus maximis difficultatem ipsa natura proposuit.

Difficile in dicendo, omnibus satisfacere.

2. d. n. d.

MAGNUM onus est, atq; numus, suscipere, ac profi-
teri, se omnis silentibus unum, maximis de re-
bus, magno in conuentu hominum audiendum, Adeat enim
ferè, nemo, quin acutius, atq; acrius uitia in dicente quam
recta uideat. Ita quicquid est in quo offenditur, id etiam
illa quæ laudanda sunt, obruit, & quoties dicimus, toties
de nobis indicatur, Nec quicquam est tam insigne, nec tam

ad diuturnitatem memoriae stable, quam id, in quo deligis
queris.

¶ Quæ sit causa paucitatis oratorum,
 & quibus de causis in dicendo timeamus,
 primo de Oratione ostenditur.

Nos uirtutum magis, quam uitium
 meminimus.

1. de ora.

Non tam ea quæ recta sunt probantur, quamquæ
 prava sunt, fastidijs adhærent.

1. de ora.

Nihil est tam in signe, nec tam ad diuturnitatis memo-
 riam stable, quam id, in quo aliquid offenderis.

Pro Fla.

Multo acrior est memoria improborum, quam bonorum.

2. de ora.

Homines imperiti, facilius quod stulte dixeris reprehendere, quam quod sapienter tacueris, probare possunt.

Qui citandi exhibitorij;

2. de fini.

Ex annalium monumentis testes excitamus eos, quos
 rum omnis uita cōsumpta est in laboribus glorioſis.

S. act. in

Ver. Exempla ex ueteri memoria, & monimentis, ac literis,
 plena dignitatis, plena antiquitatis, haec plurimum solent
 & autoritatis habere ad probandum, & iucunditatis ad
 audiendum.

Phil. II.

Cuius prædicatio omnibus nondū grata est, hunc mea
 moriæ potius, quam uocis testimonio confirmemus.

2. de ora.

Videndum est, ne quos ob beneficia diligi uolemus, eoa
 rum laudem, atq; gloriā, cui maxime inuideri solet, nimis
 efferre uideamur.

Accusator uacet omni criminē, ueniatq; ad
accusandum, non studio ductus, sed officio.

Res p. in
Salu.



Arere debet omni uitio, qui paratus est in alterū dicere, is demū maledicit, qui nō potest uerum ab altero audire.

Ex diui i.

Nulla salus reip. maior est, quām eos qui alterum accu-

Ver.

sant, non minus de laude, & honore, de fama sua, quām In falsos
illos qui accusantur, de capite, de fortunis suis ptimescere. accusato-

Itaq; semper h̄i dili gentissimē, laborio fūssimēq; accusarūt, res.

q; se ipsos in discrimen existimationis uenire arbitrantur.

Ex diui i.

Multa esse oportet in eo, qui alterum accuset, primum

Ver.

integritatem, atq; innocentiam, Nihil est enim quod minus

ferendū sit, quām rationem ab altero uitæ reposcere eum,

qui non pos̄it sue reddere, Accusare enim debent ij, qui

nullo suo peccato impediuntur, quo facilius alterius pecca-

ta demonstrare possint.

S; in Ver.

Omnes, qui alterum in iudicium uocant, prouidere de Ab ijs uia-

bent, nō solum quid oneris in præsentia tollant, sed etiam tjs studio

quantum in omnem uitam negotij suscipere conentur. Ie se caweto,

gem enim sibi ipse indicant innocentiae, continentiae, uir- quæ i alij

tutumq; omnium, qui ab altero rationem uitæ reposcunt, repreheno-

atq; eò magis, si id faciunt nulla re commoti, nisi utilitate. deris.

communi. Nā qui sibi hoc sump̄it, ut mores corrigat alio-

rum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in-

Sicut, in:

Postulatur ab omnibus, ut ab ijs se abstineant maxi- In quos dā

mē uitij, in quibus alterū reprehenderint, furem aliquem, conciona-

aut rapacem si accusaris, uitanda tibi semper erit omni's tores.

avaritiae suspicio. Maleficum quempiam si aduxeris, aut crudeliter, cauendum erit semper ne qua in re afferior, aut inhumanior fuisse videare. Corruptorem, adulterum, prouidentem diligenter ne quod in vita vestigium libidinis apparereat, omnia postremo quae vindicaueris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim non modo accusator, Sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero uitium reprehendit, in eo ipse reprehenditur.

2. off. Nihil est tam inhumanum, quam Eloquentium. §. de
Pro Syl. Eloquentia.

Pro Syl. Nihil est tam alienum, ab eo qui alterum coniurationis
accusat, quam uideri coiuicatorum penam, mortemque lugere.

2. off. Sine summo scelere non potes quod maleficium in alijs
vindicaris, idem in illorum socio, cum scires defendere.

2. off. Danda est opera, ne quid contra equitatem contendas,
ne quid pro iniuria.

Pro. R. Hoc præceptum officij diligenter tenendum est, ne
unquam innocentem iudicio capitis accersas. Id enim sine
scelere fieri nullo pacto potest.

Ama. Accusatores multos esse. §. Præmio Et pena resp.

Pro. R. continetur.

3; deleg. Ut ilius est absolui innocentem, quam in nocentem causam dicere.

Impedir bonam rem est melius, quam concedi male.

Tu, & raro, & quatenus accusandum sit

secundo Offi. legitio, capite. Primaigitur.

Præmio & pena respublica
continetur.

Præmio, & pæna Respublica continetur.

§. 8 n. d.

Nec domus, nec Respublica stare potest, si in ea nec re
cte factis præmia exiēt ulla, nec supplicia peccatis.

§. de ora.

Legibus præmia proposita sunt uirtutibus, & suppli-
cia uitijis.

§. de ora.

Verus, iustus, atq[ue] honestus, labor, honorib[us], præmijs,
ac splendore decoratur, uitia autem hominū, atq[ue] fraudes,
damnis ignominij, vinculis, herberibus, exilijs, morte,
mulctantur.

In Lælio

Improbis pæna statuenda est, nec minor uero ijs, qui
secuti erūt alterū, quam ijs, q[ui] ipsi fuerint impietatis duces,

Pro. S. R.

Quos ipsa natura retinere in officio non potest, ij ma-
gnitudine pœnæ maleficio submoueri debent.

Ameri.

Quotus quisq[ue] reperietur, qui impugnataue proposita
abstinere possit iniuriā, impugnitas, peccandi maxima est
illecebra.

§. offic.

Non satis est, eum qui lacererit, iniuriæ suæ penitere,
ut ipse ne quid tale posthac committat, & cæteri sint ad
iniuriam tardiores.

§. in Ver.

Est utilius, unius improbi supplicio multorum improbi
tatē coercere, quam propter multos improbos, uni parcere.

Pro. S. R.

Accusatores multos esse in ciuitate utile est, ut metu
contineatur audacia. Verum hoc ita est utile, ut ne planè ille
ludamur ab accusatoribus.

Ameri.

Vt medici membrū sæpe putrefactum. In Simil. 3.

In Valer.

In corpore si quid est. In Similib. 3.

Phil. 8.

Vt membra quædam amputantur. In Similib. 3;

§. offic.

¶ Rebus prosperis, consulendum est aduersis.

3. Tuscu.

OMnes cūm secūdæ res sunt, tūm maximē secum me
ditari, oportet, quo pacto aduersam erunnā ferāt,
4. ad her. Sapienter cogitant, qui temporibus secundis, casus ad
hersos reformidant.

Socius, & eius officia.

5. act. in

Socij putandi sunt, quos inter res cōmunicata est.
Verrem.

Pro Ros.

In rebus minimis socium fallere turpis sum est,
propterea quod auxilium sibi se putat adiunxit, qui cum
Ameri.

Pro Ros.

Nemo ferē credit, nisi ei quem fidelem putat, perditis.

Ameri.

simi est igitur hominis, & amicitiam dissoluere, & fallere
eum, qui lāsus non esset, nisi credidisset.

Phili. 2.

Literas ad se ab amico missas, offensione aliqua inter
posita, in mediū proferre, palamq; recitare, nihil est aliud,
quām tollere ē uita, uitæ societatem, tollere amicorum col-
loquia absentium, multa enim loca esse solent in epistolis,
que prolatā si sint, inepta esse videantur, & multa seria,
nēq; tamen ullo modo diuulganda.

Literæ a
micorum
non diu
ganda.

Pro Ros.

A Equè perfidiosum, ac nefarium est, fidem frangere,

Come.

quæ continet uitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam
peruenit, & socium fallere, qui se in negotio coniunxit.

In fuc
tos ami
cos.

pro Qui.

Necesse est qui socium famā, & fortunis spoliare co-
natus est uanum se, et perfidiosum, & impiu ē fateatur.

Pro Ros.

Tecti ad alios esse possumus. Socium uero cauere qui-

Ameri.

possūmus? quem etiam si metuimus, ius officij ledimus. Un-
dē maiores, eum qui socium fecellisset, in uiro rū bonorum
numero non putarunt haberi oportere.

3. de leg.

Nihil præter laudem bonis, atq; innocentibus ex soa-
cys reportandum est.

1. offic.



Mnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberior, nihil dulcior, nihil homine libero dignius.

Pro Ros.

Vita rustica, quam nos agrestē vocamus, parsimonia, diligentia, iustitia magistra est.

Amari.

Vita rustica, maximē disūcta est à cupiditate, & cum officio coniuncta.

Pro Ros.

Agricola semper ita uiunt, ut quæstum nesciant nullum, Agricola

Amari.

Ium, fructum emm solū, quem labore pepererint. vita,

in C. ma.

Hominum generi uniuerso cultura agrorum est salutis. Nulla uita beatior esse potest. Neq; solū officio, sed & delectatione, & saturitate, copiaq; rerum omnium, quæ ad uitium hominum, & cultum etiam pertinent.

5. Act. in

Verrem.

Ipsa ratio arandi, spe magis, & iucunditate quadam, quam fructu, atq; emolumento tenetur. Etenim ad incertū Rerum rūcasum, & euentum, certus quotamuis labor, & certus sum sticarum p̄tus impenditur. Annona porrò, præcium uisi in calamita incertitute fructuum, non habet. Si autem ubertas in percipiendis do atq; cōfructibus fuerit, consequitur uilitas in uendendis, ut aut ditio, male uendēdum intelligas, si processit, aut male perceptos fructus, si recte licet uēdere. Totæ autem res rusticæ eiusmodi sunt, ut eas non ratio, neq; labor, sed res incertissimæ, uenti, tempestatesq; moderentur.

Tu plenius lgito, quibus perfruantur uoluptatibus boni senes agricolæ, in libello, qui.

C. Maior dicitur.

Seruiendum est ualeudini.

C. maior **V**biq; moderatio uirium adsit, & tantum quantum quisq; potest, nitatur.

C. maior Non modo quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem cogimur.

C. maior Habenda est ratio ualeudinis, utendum exercitacionibus modicis.

Reliqua. s. Sobrietate uiuendum.

Amor publicus preferatur priuato.

p Sylla. **T**antum fraterno amori dandū non arbitror, ut quis quam de salute suorum cōsulat, communē relinquat.

Pro. l. ma
nils Non possunt una in ciuitate multi rem, atq; fortunas amittere, ut non plures secū in eandē calamitatem trahant.

3. de fini. Non est magis uituperandus proditor patriæ, quam communis utilitatis, aut salutis desertor, propter suam utilitatem, aut salutem.

Ex multis meliora.

i. de leg. **E**varijs sumendum est optimum,

3. offic. Non solum ex malis minima oportet eligere, sed etiam expere ex his ipsis, si quid insit boni.

C. Quin. Indubius malis fugiendum maius, leuius est eligendū.

Frat. In cæteris studijs, à multis eligere homines commodis

2. oe iuēt. simē quoq; solent.

Ex minimis sæpe maxima.

Pro Flac. In minimis rebus sæpe res magnæ deprehenduntur.

Phil. s. Minimis momentis, maximæ temporum inclinac
tiones fiunt.

Phil. s. Dies affert, & hora, magnas sæpe clades.

Maledictum emissum, per omnium aures:
statim funditur.

Pro Plac.

Nihil est tā volucre, quām maledictum, nihil facilius
emittitur, nihil latius dissipatur.

¶ Nemo in re sua testis.

Pro. R.

Ama.

Pro fonte

More maiorū cōparatum est, ut in minimis rebus hō
mines amplissimi testimoniū de sua re nō dicerēt.
Noluerūt maiores nōstri, hanc patere inimicitijū viā,
ut quem quisq; odisset, eū testimonio posset tollere. Emen-
tiuntur enim sāpe in eos, quos oderunt:

Nemo, eo quod habet contentus.

C. tor f. 6

SVæ quemq; fortunæ penitet.

C. tor f. 6

Suam quisq; conditionem miserrimam putat.

1. off.

Quod cuiq;. 3. Alterum ne leseris.

Parad. xl.

Contentum esse. 3. Dives.

¶ Dives.

1. off.

QMines sunt diuites (dicunt stoici) qui cālo, & terra
frui possunt.

Parad. xl.
si.

Eum intelligimus diuitem, cui tanta possessio est, ut ad
liberaliter uiuendum, facile cōtentus sit, qui nihil querat,
nihil appetat, nihil optet amplius.

Parad. xl.
si.

Contentum suis rebus esse, maxime sunt, certissimæ
diuitiae.

¶ Pauper.

4. ad her.

EGens est, qui non satis habet, & is cui nihil satis po-
test esse.

Para. xl.
ii.

Improbi, & auari quoniam incertas, & in casu posi-
tas possessiones habent, & plus semper appetunt. nec eo-
rum quisquam adhuc inuictus est, cui quod haberet esset satis.

Anatus;

non modo nō copiosi, ac diuites, sed etiam inopes, ac pauperes existimandi sunt.

Tu, qui diues, uel uerē pauper dicatur, leges,
ultimo Ciceronis paradoxo.

Diues uix bonus

4. ad her. **D**ifficile est uirtutes cum reuerteri, qui semper secunda fortuna sit usus.

Pecunia, & diuitiae.

1. offic. **E**xpetuntur diuitiae, tum ad uitae usus necessarios, tum ad perfruendas uoluptates.

Pecuniae querendae non solum ratio est, sed etiam collocandae, que perpetuos sumptus suppeditet, nec solum necessarios, sed etiam liberales.

2. de fint. Pecunia effectrix multarum, & magnarum uoluptatum, pecunia uoluptates patiuntur maximae.

3. act. in Verrem. Omnia, pecunia effici possunt,

Avaritia.

2 ad her. **D**væ res sunt, quæ maximè homines ad maleficiū impellunt, luxuries, & avaritia.

2. offici. Corrupti sunt, depravatiq; mores admiratiōe diuinitatū. **Omnia ex Nihil est tam sanctum, quod non uiolari, nihil tam mu-** pugnandum, quod non expugnari pecuniā poscit..

2. act. in Ver. Nullum est officium tam sanctum, atq; solemne, quod nia tur peccati non avaritia comminuere, atq; uiolare soleat

In Valer. Nemo tā firmum habuit præsidium, quod avaritia non infregerit atq; debilitauerit.

4. tuſch. Avaritia est opinio uehemens de pecunia.

4. tuscu. Illi morbo qui parmanat in uenas, & inhæret in uisca
ribus, nec inneteratus euelli potest, nomen est auaritia.

2. ad. hera. Magno malo est hominibus auaritia. Idcirco quod ho-
mines magnis & multis incōmodis conflictantur propter
immensam pecuniae cupiditatem.

1. de fini. In quibusdam, neq; pecuniae modus est, neq; cupidita-
tum, quos nulla præda unquam improbè parta minuit, sed
auget potius, atq; inflamat.

Parad. r. Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis, nec Auarorū
natura.
ea solum que habent libidine augendi cruciantur, sed etiam
amittendi metu.

In Valer. Auaritia, insatiabilis, immensa, & incredibilia potest.
Ita enim hominum mentes obstrictas tenet, ut eas nullo
tempore respirare permittat.

2. off. Nullum est uitium tetrius, quam auaritia, præsertim In auaros
in principibus, & remp: gubernatibus, habere enim quæstui magistre.
Remp. nō modo turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium. tum.

1. de legi. Quid fœdius auaritia.

C. Ma. Auaritia senilis uituperanda est, maxime, Potest enim Senex &
quicquā esse absurdius, quam quo, minus uiæ restat, eò plus uarus.
uiatici quærere.

Multi pauperes:

1. off. C Op̄i & parue singulorum sunt; Eorum autem qui ijs:
e geant infinita multitudo.

Antequā
ireti ext. Singulorum opes s̄p̄e sunt tenues, & infirmæ ad gra-
tiam referendam, ut opitulari benemerentibus non queat,
si maximè cupiant.

**Quæ sit liberis, à patribus relinquenda
hæreditas.**

I. offic.

Optima hæreditas, quæ à patribus traditur liberis;
omni patrimonio præstantior, est gloria virtutis,
terumq; gestarum, cui de decori esse nefas, & uitium iudicium
candum est.

I. offic.

Licet patri apud filiū gloriari, ad quem hæreditas suæ
huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet.

Phi. nona.

Nullum monumētum pater clarius relinquere potest,
quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis,
ingenij, filium.

Quid propriè nostrum.

Parad. 4.

Nihil meum est, neq; cui usquam, quod auferri, quod
eripi, quod amitti potest.

C. Curio.

Id cui usque est proprium, quo quisq; fruitur, atq; utitur.

Fa. 7.

Oculi augent dolorem.

**C. tor-
quat. F. 6.**

Quocumq; in loco quisquis est, idem est ei sensus, &
eadem acerbitas, ex interitu rerum, & publicarum,
& suarum, tamen oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri
audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miserijs, cogita-
tionem finunt.

C. Curio.

Acerba audire tollerabilius est, quam uidere.

F. 7.

Facilius ad ea, quæ uisa sunt, quam ad illa, quæ audite-

3. de ora.

sunt, oculi mentis feruntur.

2. dñna, d.

Aconsuetudine oculorum animum abducere difficultas
est.

2. & na. d. Nihil est difficultius, quam à consuetudine oculorum,
montis aciem abducere.

Non audire, uel quod audis, non intelligere,
utrumq; iuxta existimo.

Tuscu. 5. **I**n his linguis, quas non intelligimus, surdi profecto
sumus.

3. de ora. Verba neminem mouent, nisi eum, qui eiusdem lingue
societate coniunctus est.

Varietas grata.

3. de ora. **A**d aures nostras, & sermonis suavitatem nihil est
uicissitudine, uarietate, & commutatione aptius.

C. Luceio F. s. Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quam tempo
rū uarietates fortunæq; uicissitudines, quæ & si nobis op
tabiles in experiencingo non fuerunt, in legendo tamē erunt
iucundæ.

Mulieres diutius, quam viri antiqui,
tatem retinent.

3. de ora. **F**acilius, mulieres, incorruptam antiquitatem conser
uat, quod multorum sermonis expertes, ea tenent sem
per, quæ prima dicerunt.

2. de leg. Mulierum fama, multotū oculis, lux clara custodiat.

Durum est filium, patris delicto
impediri.

C. brut. **E**s t' acerbum, parentum scelera filiorum pénis lui.
Pleriq; frustra rogantur.

c. cani f. 2 C. Q. fr. **Q**ui maleuolo sunt animo, deteriores sunt rogati.
Frustra eos appellamus, quorum auris atq; ani-

mus à nobis abhorret.

Proprium animi ingenii.

C. au. f. 2. **E**st animi ingenii, cui multum debeat, eidem plurimum
uelle delere.

Necessitas.

3. de ora. **N**ecessitas cogit, quod non habeas aliunde sumere.
Furtum turpisimum.

4. in uer. **N**ihil est turpis in genio, nihil minus libero di-
gnum, quam in conuentu maximo cogi à magistris
tu furtum reddere,

Charè emittur, quod precibus impetratur.

6. in uer. **M**alo emere, quam rogare.
Est ei, serendum qui cupiat colligere.

Antequā
iret in exi-
Est liberale officium, serere beneficium, ut mettere pos-
sis fructum.

Secunda fortuna, ab homine maximè expetitur.

Ad Quir.
post Red. **H**onim nihil est magis optandum, quam prospira
æqualis, perpetuaq; fortuna secundo uitæ, sine illa
offensione cursus?

pro domo
sua. *Et si optabilius est, uitæ cursus confidere sine dolore, &*
sine iniuria, tamè ad immortalitatè gloriæ plus affert, de-
sideratū esse à suis ciubus quam in uno nunquā esse uiolau-

ero domo
sua. *In omni uita nihil est ad laudem illustrius, quam ipsa*
calamitas. Fauendum nobilitati.

Pro Sex. **O**mnes boni semp nobilitati fauemus, & quia utile
est reipublicæ nobiles esse homines, dignos maiori-
bus suis, & quia ualere debet apud nos clarorū honorū, se-
nex de Republica meritorum memoria, etiam mortuorum.

AA 7.

Non minus debemus ijs, à quibus conserua-
mur, quam à quibus nascimur.

3. inuent. **N**on minus iucundi^{is}, atq; illustres sunt h[ab]it[us] dies, qui-
bus cōseruamur, quam illi, quibus nascimur. Quod
salutis certa l[et]titia est. nascēdi incerta cōditio. Et quod
sine sensu nascimur, cum uoluptate conseruamur.

Donus dici non debet, quod sponte suscipias.

S. in Ver. **O**NUS non est appellandum, quod cum l[et]titia feras,
ac uoluptate.

Multi, et si de eadem re contendant.
unus tantum uincere potest.

p. Mure. **C**um multi pares dignitate sint, unus tamen primum
locum solus potest obtinere.

i. offic. **Q**uicquid est eiusmodi. **s. Ambitio.**
Pax.

Phil. 2. **P**AX est tranquilla libertas.

Phil. 13. **D**ulce est nomen pacis, res uero ipsa cūm iucun-
da, tum salutaris.

p.l. agra. **N**ihil est tam populare quam pax, qua nō modo, ij, qui
cōtra. P. bus sensum natura dedit, sed etiam tecta, atq; agri mibi le-
S. Rut. tari uidentur.

Phil. 2. **N**omen pacis dulce est, & ipsa res salutaris.

i. offic. **P**aci quæ nihil habet insidiarum, semper est cōsulendū.

Phil. 12. **P**ax est repudiāda, si sub eius nomine latitet bellum.

Phil. 8. **L**eges, aut iudicia esse non possunt, pace sublata.

Bellum.

i. offic. **S**Vscipienda bella sunt, ut in pace, sine iniuria uiuatur
p.l. man. **N**on solum aduentus belli, sed metus ipse affert

calamitatē, Nam cū hostium copiæ nō longē absunt, etiā am
fi irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquunt, agri
cultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit.

pro milo. Incerti sunt exitus pugnatum, Marsq; est communis,
qui sāpe spoliantem iam, & exultantem evertit, & percu-
tit ab abiecto.

p mcel. Incertus est exitus, & anceps fortuna belli.

Phi. deci. Incerti sunt exitus belli, Marsq; communis.

Phil. 13. Incertus est belli exitus.

C. tor. f. 6 Omnia bellorum exitus incerti sunt

C. Tor. qua. F. 6. Omnis bellum mars est communis, & semper incerti exi-
tus præliorum sunt.

C. at. li. 7 Armorum exitus sunt incerti.

Bellum Civile.

C. at. li. 8 **C**ivile bellum pernicioſissimum.

C. marce. F. 4. Omnia sunt misera in bellis ciuilibus, sed misera-
tius nihil quam ipsa uictoria, quæ etiam si ad meliores ue-
nit, tamen eos ipſos ferociores, impotentioresq; reddit, u-
etiam si natura tales non sint, neceſſitate tamen esse cogā-
tur. Multa enim uictori eoru arbitrio per quos uicit, etiā
inuito facienda sunt.

C. Corni f. 12 Bellorum ciuilium, hi semper exitus sunt, ut nō ea ſo-
ficio. lūm fiant, quæ uelit uictor, sed etiam ut ijs mos gerendus
ſit, quibus adiutoribus parta fit uictoria.

C. at. li. 9 Nihil uiro bono, & quieto, & bono ciui, magis conue-
nit, quam abesse à ciuilibus controuersijs.

C. Ser. Sulp. f. 4 **V**ictoria semper est insolens.

Belli que
ſint incō-
moda.

Victoria.

AA iij

p marcel. Victoria, naturā, & insolens, & superba est.

¶ Facilis Victoria, si repugnet nemo.

r. tusc. **F**acile est vincere non repugnantem.

z. aet. in Ver. **N**ulla est laus, ibi esse integrum, ubi nemo est, qui aut possit, aut conetur corrumpere.

¶ Vetus odium Vix occidit.

Pro Syl. **H**oc natura est insitum, ut quem timueris, qui cum de vita, fortunisq; cōtenderis, cuius ex insidijs eva- seris, hunc semper oderis.

¶ SPES.

Inuen. 4. **S**ola spes hominem in miserijs consolari soleret.

in Catil. **N**on desinit quis esse medicus, etiam si non curetur agrotus.

z. d'na. d. **A**egri, quia non omnes cōualescunt, non idcirco nulla medicina est.

¶ Non domo dominus, sed domino domus commendari debet.

z. de divi. **N**on domo dominus, sed domino domus honestanda est.

¶ Quia laude non ducitur, nec metu quoq; mouebitur.

pro milo. **S**ilaus allicere nos ad rectē faciendum non potest, nec metus quidem, a fœdissimus factis potest auocare.

Omnis, non tam gloria mouentur,
quam ignominia.

Part. ora.

Quis honorem? quis gloriam? quis laudem? quis illum
decus tam unquam expetit? quām ut ignominiam in
famam contumeliam dedecus fugiat?

Part. ora.

Nemo est tam agrestis, quem si non ipsa honestas, con
tumelia tamen, et dedecus magnoperē moheat.

SEQVITVR

LIBER SECUNDVS,

APOPHTHEGMATA.

SPECTATISS. VIRO PETRO
Baudetio, regis apud Compendium Pro-
curatori dignissimo, PETRVS
Lagnerius, Compens-
densis. S.



ERVM omnium, quibus, nos, ad literas,
ad uirtutem accendimur, ut spectatis. nihil
est, quod nos perinde excitet, quām si ad imi-
tandū hi, nobis proponantur, quibus propter
singularem pbitatis, aut eruditioñis opinio-
nem, ab omnibus plurimū tribuit. Dici enim
nō potest quantopere ad descendū inuitemur,
si quando videamus illud probari, quod effingere, quod imitari cona-
mur. Quo factum est, ut ipsa de eruditione, de uirtute tua cogitatio,

studium nostrum iam inde à puerò incredibiliter incenderit probitatis
tuæ imitandæ, nihilq; est hodie rerum omnium, quod à nobis expetatur
ardètius, quàm ut possis aliquando intelligere, qua sit erga te L A G A
N E R I V S tuus uoluntate, & quantopere cupiat, aliquo uel studio,
uel officio, tuam sibi benevolentiam adiungere. Etenim quis est tam
cæci, tam nullius homo iudicij, qui illius benevolentiam, omnibus parti-
bus non ambiat, qui sit omni laudis genere dignissimus, quiq; in omni
disciplinarum, in omni uirtutum genere ita sit excultus, de eo ut iure
ad dubitetur, magis ne ob probitatem, quàm ob plurimatum, maximas
tumq; artium scientiam, & cognitionem sit amandus? Nemo est (cre-
do) qui de literis, q; de i genijs iudicare possit, si modò te nouerit, quim
te statim cognitū summa benevolentia, pari obseruātia coluerit. Acced-
it ad hæc, propensus tuus, & uerè paternus in me animus, cui charus
semp aequè fui, ac gratus, ac si tibi essem è uisceribus natus. Nostræ
ut admodum conditioni, C O M P E N D I O q; nostro congratula-
mur, quod talem domi patronū habeamus, & ubi præsit ex T H E O &
B A L D O R V M familia iudex aequissimus, ubi regis fiscum tuean-
tur, ex F I L I O R V M domo acutissimus causidicus, ubi ciuibus, atq;
forensibus, à duobus aequissimis prætoribus ius reddatur, ubi summa
causidicorum integritate, infirmiores iniuriæ prohibeantur, summa ubi
tranquilitate, maiori concordia degatur, reiq; christiane libertas &
honor omni contētione defendatur, quæsi quæ in singulis sint optima.
in hoc angusto loco, uelut cornu copiae posita, & coacta uideantur.
Ut ex singulis rebus optimis, atq; florētissimis locum esse conflatum,
& inde Compendium dictum existimemus, atq; ita iudico, si ad nos,
fato nescio quo, cū suis musis redeat Iuppiter, aut Appollo, suam istic
relicto Helicone, sedem sit positurus. Cùm rex ille noster F R A N
C I S C U S, quem oblitteratis illis, & fabulosis dijs, longuo inter-
mullo præferimus, propter salubritatem urbis, & pulchritudinem, eo
loco admodum oblectetur, nobisq; hoc nomine admodum congratula-

mur quod laudabili & honesta LAGNERIORVM familia isthic
& aetate & alti simus Patremq; LAVRENTIVM habuerimus,
que & natu esse iure gaudemus & COMPENDIVM, dum stabit
perpetuo latabitur. Cuius uiri reliquias, paternaque gloriam, filij tres,
quorum sum natu minimus, & studiosè, & diligenter persequentur.
Quod quo fiat commodius, tuæ erit singularis humanitatis ut pari stu-
dio familiam nostram foueas, quo tu quondam patrem es prosecutus.
Cum ipse mihi sim testis optimus, quam te ualde diligit, & quae te bene
uelentia complectatur, obseruandissimus ille Y S AAC LAGNE-
RIVS, patris frater, mihi patruus, beneficio cuius, maxima ex parte
id sumus, quod sumus, noster aut qui sit, aut hactenus in te fuerit ani-
mus, nequa tibi ex parte esset obscurus, non priuata, sed
publica hac epistola testamur, qua nos tibi Apophya
thegmata nostra pleno fauore consecramus,

Illudq; rogo LAGNERIOTRIA

buatur, ut existimes nihil esse

quod tua causa suscepisti,

no ultro sit, ac liben-

ter facturus.

Vale.

Tholosæ, decimo Calend. Septemb. 1541

Perscripta iam, & perfecta epistola, ecce mihi à meis redditur
literæ, quibus audio te apud Silvaneum primariū iudicē esse factū,
cui ego magis gratui cōgratuler magis, an inuidēa nescio, gaudeo quia
dem, eruditioñi tuæ singulari, nouū in dies, & si multò maiora debeant
tur, accedere ornamentum, doleo contrà priuati cōsuetudinis tuæ, &
eruditioñis fructu, nostru istud COMPENDIVM, cuius tu,
nisi uehemeter fallar, eras decus primarium, uel ut quod sentio loquar,
ciuitatis oraculum, rogamus, ut quem in tuos induisti affectū, is, com-
mittato loco, nequaq; minuatut.

Iterum.

BB

A P O P H T H E G //

M A T A A L I Q V O T , S E V

Graues multorum Sententie,

Ex. M. T. Cicerone.

A P T H E M I S T O C L E S .

2. de ora.



P V D Grecos fertur incredibili
quadam magnitudine consilij, atq; Themistocles ingenij atheniensis ille fuisse The-
clis memo-
ristocles, ad quem, cum doctus ho- ria.
mo, atq; in primis eruditus acces-
sisse dicitur, eiq; artem memoriae Breiter,
quæ tunc primū profetebatur, pol- et doct.
licitum esse se traditurum. Cū ille quæsiisset, quidnam illa
ars efficere posset, dixisse illum doctorem, ut omnia me-
minisset. Et ei Themistoclem respōdisse, gratius illum sibi
esse facturum, si se obliuisci, quæ uellet, quam si meminisse
docuiisset. Cuius responsi, tertio de oratore h̄is uerbis, &
eleganter, & ingenioso Cicero meminit. Non sum tanto
ego ingenio, quanto Themistocles fuit, ut obliuionis ar-
tem, quam memoriae malim, gratiamq; habeo Simonidi illi-
chio, quem ferunt primū artem memoriae protulisse. Di-
cunt enim cum cenaret grannone. & cætera.

4. de fini. Themistocli, cum Simonides, aut quis alias, artem me-
& 4. ac memoriae polliceretur. Oblitionis iquit malem. Nam memini-
de, eorum quæ nolo, obliuisci non possum quæ uolo.

Pro Arc. Themistoclem illum summum Athenis virum dixisse Auidus poëta. aiunt. Cum ex eo quæretur, quod acroama, id est dictum, gloria aut cuius vocem libenter audiret. Eius, à quo sua virtus Themistocles. optimè prædicaretur.

2. off. Themistocles, cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diuini, filiam collocaret. Ego (inquit) consiliū, malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam, quæ viro.

4. tuſcul. Noctu ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere non posset, quærentibusq; respondebat. Miles studium, ciadis tropheis, secè sommo fuscitari.

C. Ma. Themistoclem ferut Seriphio cvidani in iurgio respon- Argute. disse, Cum ille dixisset, non eum sua, sed patrie gloria splendorem aſsecutum, Nec Hercule (inquit) Si ego Seriphius essem, ignobilis essem. Nec si Atheniensis essem, clausus unquam fuisses.

PLATO.

C. Qu. fr PLato, tum deniq; fore beatas respublicas putauit, si Eruditè. aut docti, aut sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suum studiū in doctrina, ac sapien- tia collocassent.

2. de legi. Vir nemo probus, ab improbo se donari uult, Donis im- Religiosè pijn ne placare quidem audeant deos.

C. Lé. f. i. Quales in republica principes sunt, tales reliqui solent Sapiēter, esse ciues.

5. de fini. Bratus est, cui in senectute contigerit, ut sapientiam, Verè et uerasq; opiniones aſsequi possit.

7. off. Non solum nobis natissimus, ortusq; nostri, partem Piè, et ha patria uendicat, partem amici.

1. offi. Scietia quæ est remota à iustitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda.

Iustitie.

2. de fini. Oculorum est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non cernimus, quam illa ardenteis amores excitaret sui, si uideretur

Subtiliter.

1. offic. Honestum ipsum si oculis cerneretur, mirabiles amores citaret sapientiae.

& Socrates

1. Tusci. **D**Væ sunt viæ, duplicesq; cursus animorum, è corpore excentium. Nam qui se uitij humanis contaminarunt, & se totos libidinibus tradiderunt, ijs deuim quoddam iter est seclusum à consilio deorum, qui autem se integros, castosq; seruarunt, quibusq; fuit minima cum corporibus contagio, suntq; in corporibus humanis, uitam imitati deorum, ijs ad illos à quibus sunt profecti, facile patet reditus.

Pia & cri-
stiano di-
gna sente-
tia.

1. Tuscul. Socrates, ut est apud Platonem, cum se morte multa tum uideret. Magna me spes (inquit) tenet iudices bene, mihi euenire, quod mittar ad mortem, sed tempus est iam hinc abire me, ut moriar, nos ut uitam agatis.

Fortiter.

1. de ora. Socrates interrogatus à iudicibus, quam estimationem commeruisse se maxime confiteretur. Respondit sese meruisse, ut amplissimis honoribus, & præmijs decoraretur. Et ut ei uetus quotidianus in Prytaneo publicè præbereatur, qui honos apud grecos maximus habebatur, Cuius responso sit iudices exarserunt, ut capit is hominem innocens tissimum condemnarent.

Grauitate
& animo
se.

1. de orat.

Cum Socrati scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ei uideretur ediceret, ut ea pro se in iudicio ueteretur, non iniurias legit, & commode scriptam esse dixit, sed (inquit) ut si mihi calceos Scyconeos attulisses, non ueterer, quamvis essent habiles, & apti ad pedem, quia no[n] essent uiles, sic illam orationem de serua si bi, & oratoriā uideri, fortem & uirilem non uideri.

Argutē,
& sapien
ter.

2. Tuscu.

Socrates rogatus à Crito ne, quē ad modū sepeliri uellet, multam uero inquit operam amici cōsumpsi, Critoni enim nē, nostro non persuasi, hinc euolaturum, neq[ue] quicq[ue] me reliaeturum, ueruntamē (Crito) si me a sequi potueris, aut sibi nactus eris, ut tibi uidebitur sepelito, sed mihi crede, ne mo me uestrum, cum hinc excesero, consequetur.

3. Tuscu.

Quum ex Socrate esset quaesitum, Archelaum Perdicæ filiū, qui tum fortunatissimus habebatur, nonne beatū pueraret: haud scio (inquit) numq[ue] enim cū eo locutus sum. An tu aliter scire no[n] potes? Nullo modo. Tu igitur ne de Persarum rege quidem magno, potes dicere, beatus ne scit? An ego possum, quū ignorē, q[uod] sit doctus, q[uod] uir bonus? Quid? tu in eo sitam uitam beatā putas? Ita prorsus existimo, bonus beatos, improbos miserios Miser ergo Archelaus, certe si iniustus.

Sapiēter,
& herē.

Socratem ferunt, cum usq[ue] ad uesperum contentius ambularet, quaesitumq[ue] esset, quare id faceret, respondisse, se quo[m] melius cenaret, obsonare ambulando famem.

Lepidē.

4. tuscul.

Qualis cuiusq[ue] animi affectus esset, talē esse hominem Prudēter Socrates disserebat, qualis autē homo ipse esset, talē eius esse orationē, orationi autē facta similitima, factis uitam.

B B ij



4. tuscū. **C**um multa in conuentu, uita collegisset in eum Zopy Solerteras, qui se naturam cuiusq; ex forma perspicere profiteretur, derisus est à cæteris, qui illa in Socrate non agnoscerent. Ab ipso autem Socrate sublevatus est, cum illa sibi signa inesse, sed ratione à se deiecta diceret.

5. tuscū. **S**ocrates, cum rogaretur, cuiatem se esse dicaret. **M**un Graniter danum (inquit) totius enim mundi se incolam, & ciuem atque ingebitrabatur.

2. offic. **S**ocrates, hanc uiam ad gloriam proximam, & quasi Sapiēter, compendiariam dicebat, si quisq; id ageret, ut qualis habet ueller, talis esset.

5. tuscū. **C**ibi condimentum est fames, potionis sitis. **L**epidē.

Apollo pythius.

2. de leg. **E** Varijs sumendum optimum.

1. de leg. **N**osce te ipsum.

Thales Milesius.

2. de leg. **T**Hales, qui sapientissimus inter septē fuit, dicebat homines religiosē ex altare oportere, deos omnia cernere, deo rūq; omnia esse plena, & fore oëscastiores, ueluti infans esset maxime religiosus.

Simonides.

1. de na. d. **C**um à Simonide quæsiuisset tyrānus Hiero, qd, aut quale esset deus, deliberādi sibi unū diem postulanit. Cum idem ex eo postridie quæreret, biduum periret. **Q**uam saepius duplicaret numerū dierū, admiransq; Hiero requireret, cur ita faceret. **Q**ui quanto (inquit) diutius considero, tanto mihi res uiderur obscurior.

Diagoras.

3. de nat.
deo.

Dia goras cū Samotraciam uenisset, Atheos ille qui dicitur, atq; ei quidem amicus: Tu qui deos putas humana negligere, nō ne animaduertis ex tot tabellis p̄fctis, quām multi, uotis, uim tempestatis effugerint in portunq; salui peruererint, ita fit (inquit) illi enim nunquam p̄fcti sunt, qui naufragium fecerunt, in mariq; perierunt. Itemq; cum ei nauigāti, uectores aduersa tempestate timidi, & perterriti diceret, non iniuria sibi illud accidere, quā illum in eandem nauem recepissent, ostendit eis in eodem cursu multas alias laboranteis, qua siuitq; numeratam in ijs nauibus. Diagoram uehi crederent.

Solon.

C. maior.

Solon gloriari solebat, se aliquid quotidie addiscens Sapienter stem, senem fieri.

C. maior

Pisistrato tyranno à Solone quarenti, qua tandem s̄e Animose. fretus, sibi tam audacter resisteret, respondit sene et ute.

Pro Ros.

Solon, cum interrogaretur, cur nullum supplicium cō Subtili stituissest in enī qui parentem necasset, respondit se id ne ter. minen facturum putasse, sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod ante a commissum non erat, ne tam prohibere, quām admonere uideretur.

C. brut.

Solon temp̄ publicā duabus rebus contineri dicebat, præ Graniter mio, & pena.

Dio genes.

3. Tuscu.

Dio genes Cynicus, Alexandro rogāti ut diceret, Libere. si quidei opus esset. Nūc quidem paululum (inquiry à sole absis, officiebat uidelicet applicanti. Et hic quidem di

sputare solebat, quanto regem persarum uita, fortunaq; su
peraret, sibi nihil deesse, illi nihil satis unquam fore. Se eius
uoluptates non desiderare, quibus ille nunquam satiari pos
set, suas eum consequi nullo modo posse.

1. Tuscul.

Cum ab amicis rogaretur Diogenes, ubi uellet inhu
mari, proijcite (inquit) me inhumatum. Cum amici, uolueri
bus ne, & ferissem minime (inquit) sed bacillum prope me, quo
abigam ponitote. Qui poteris (illi) non enim senties. Qui
igitur mihi ferarum laniatus oberit, nihil sentienti?

¶ Anaxagoras.

1. Tuscul.

Anaxagoras querentibus amicis uelles ne Cla^zo. Pulchre
menas in patriam, si quid accidisset referri, nihil dictum.
necessere est (inquit) undiq; enim ad inferos tātundē est uiae.

3. Tuscul.

Ferunt Anaxagorā, nūciata filij morte dixisse, Scie^z Constan
bam me genuisse mortalem, que uox declarat ijs esse hæc ter, & for
acerba, à quibus non fuerunt cogitata.

¶ Leonidas.

1. Tuscul.

Dux Leonidas, animans suos milites, solebat dicere. Animose,
Prandete animo forti Lacedemonij, hodie apud in
feros fortasse cenabimus.

¶ Lacedemonij cuiusdam celebre dictum.

1. Tuscul.

Lacedemonius quidam, (cuius ne nomen quidem pro
ditum est) mortem tantopere contempnit, ut cum addu
ceretur damnatus ab Ephoris, & esset uultu hilari, ac læto,
dixissetq; ei quidam inimicus, Contemnis ne leges Liguri
gi, respondit, Ego uero illi maximam gratiam habeo, qui
me ea pena multauerit, quam sine mutatione, & sine
usura possem soluere.

¶ Cuiusdam Lacæna.

1. tuscum. **L**Acæna, cum filiū in prælium misisset, & interfectum Viriliter audisset, idcirco inquit genueram, ut esset, qui pro patria, morte non dubitaret occubere.

¶ Epicarmus.

1. tuscum. **E**Mori nolo, sed me esse mortuum nihil existimo. Incōstanter. ↗ Citenæus, Theodorus.

1. tuscum. **C**Irenæo Theodoro quum Lysimachus rex crucem ministretur, ipis quæso (inquit) sta horribilia minitare Animosē purpuratis tuis. Theodori quidem nihil interest, humili, ne an Jublime putrescat.

5. tuscum. Theodorus Lysimacho mortem minitanti magnū uero (inquit) effecisti, si cantharidis uitæ consecutus es.

¶ Theramenes.

1. tuscum. **T**heramenes, cum coniectus in carcerem, triginta ius Animosē futyrannorum ueneunt ut sit ens obbibisset, relis quum sic è poculo eiecit, ut id resonaret, quo sonitu auditio arridens, Propino (inquit) hoc pulchro Critiae, qui in eum fuerat teterrimus, Lusit uiregregius extremo spiritu, cum iam præcordijs conceptam mortem contineret.

Prudētē

3. tuscum. **E**go quum genui te, moriturum sciui. ↗ modeā ratē. ↗ Theophrastus.

3. tuscum. **T**Heophrastus moriens accusare naturam dicitur, quod coruis, & cornicibus uitam diuturnam, quorū Naturæ id nihil interest, hominibus quorum maximè interfuerit. accusatio tam exiguam uitam dedisset. Quorū si ætas potuisse esse longinquier, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus,

CC.

omni doctrina, hominum uite erudiretur.

¶ Leontinus gorgias.

C.M. **C**um ex Leontino Gorgia quereretur, cur tardiu esse sapienter, uellet in uita nihil babeo (inquit) quod incusem se & soleret. nec utem.

¶ Sophocles.

C.M. **C**um ex Sophocle, quidam iam confecta aetate quæreret, uteretur ne rebus uenereis, dij meliora (inquit) li & tempore benter uero iſtinc tanquam a domino agresti, et furioso ratè profugi. Cupidis enim taliu rerum, odiosum, & molesum est fortasse carere, Satiatis uero, & expletis, iucundius est carere, quam frui.

¶ Antipater Cyrenaicus.

S.tuscul. **I**llud Antipatris Cyrenaici est quidē paulo obscurius, Voluptas sed non absurdamentia, cuius cæcitatem cum mulier nocturna culæ lamentaretur. Quid agitis (inquit) an nobis nulla uidetur voluptas esse nocturna?

¶ Asclepiades.

S.tuscul. **A**sclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexcitatum urbanum philosophum, cum quidam quereret, quid ei cæcitas attullisset, respondisse, ut puero uno esse comitator.

¶ Demosthenes.

4.tuscul. **D**olere se aiebat Demosthenes, si quando opificum studio antelucana uictus esset industria.

S.tuscul. Leniculus sanè Demosthenes, qui illo susurro delectari studium se dicebat aquaferentis mulierculæ, insurrantisq; alteri laudis, & Hic est ille Demosthenes. Quid hoc lenius. At quantus ora gloria.

Cupidē,

ſe.

tor, sed apud alios loqui didiscerat, nō multum ipse secum.
n.d. Pericles.

I. off.

Pericles cum haberet collegam in prætura Sophoclem
poëtam, hiq; de communi officio conuenissent, & ca-
su formosus puer preteriret, dixissetq; Sophocles. O pue-
rum pulchrum. Pericle, ait, At enim prætorem Sophocle, de-
cer non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.

Gratuitus

Xenocrates.

S. tuscul.

Cum ad Xenocratem legati ab Alexandro quinqua-
pecunia
ginta ei talēta attulissent, adduxit legatos ad cenam contēptus
in Academiam, his tantum apposuit quod satis esset, nullo
apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari iuber-
ret. Quid? uos hesterna (inquit) cenula non intelligistis me
pecunia non egere? quos cū tristiores uideret, triginta mia-
nas accepit, ne aspernari regis liberalitatem uideretur.

n.d. Curius.

C. Ma.

Curio od focum sedenti, magnum auri pondus sami-
tes cum attulissent, repudiati ab eo sunt. Non enim
aurum habere præclarum sibi uideri dixit, sed eis, qui ha-
berent aurum, imperare.

n.d. Timotheus Atheniensis.

S. tuscul.

Timotheum clarum hominem Athænis, & principem Tēperate,
ciuitatis ferunt cum cenauisset apud Platonem, eoq;
coniuicio ad modum delectatus esset. Vidiissetq; eum positi-
die dixisse. Vestræ quidem cena nō solum in presentia, sed
etiam postero die iucundæ sunt.

Platonis
cena.

CC ij.

Darius.

S. Tuscul.

Darius in fuga cum aquam turbidam, & cadaverie Cibi conabus inquinatam bibisse, negavit unquam se bibisse dimetum se incundius, nunquam uidelicet sitiens biberat.

Ptolomeus.

fames &

potionis

S. Tuscul.

Ptolomeo peregrinanti ægyptum, comitibus non consitis. **P**secutis, cum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane incundius.

Fames op-

timū con-

dimetum

Dionistus.

S. Tuscul.

Cum tyrannus cenauisset Dionisius, negavit se iure illo quod cœnæ caput erat, delectatum, cum is qui illa coxerat. Minime mirum condimenta enim defuerunt. Quæ tandem (inquit) labor in uenatu, sudor, cursus, fastes, sitis, his enim rebus epulæ condiuntur.

Quibus

epulæ con-

diantur.

S. Tuscul.

Dionisio cū quidam ex eius assentatoribus Democles, Nihil beatum commemoraret copias eius, opes, maiestatem, dominatus, tū cui semper abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negaret unquam beatiorum quemquam fuisse. Vis ne igitur timorime (inquit) O Democle, quoniam hæc te uita delectat, ipse ean penderem degustare, & fortunam experiri meam? Cum se uelle cupere dixisset, collocari iubet hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificijs operibus picto, abacosq; complures ornauit argento, auroq; calato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iubet consistere, eosq; ad nutum illius diligenter intuentes, ministrare. Aderant unguenta, corona, incēdebantur odores, Mense conquisiti simis epulis exeruebatur, fortunatus sibi Democles uidebatur, iahoc medio apparatus fulgentē gladium

è lacunari seta appensum demitti iussit, ut impenderet illius beati cernicibus. Itaq; nec pulchros illos ministratores aspicebat, nec plenum artis argentum, nec manum porria gebat in mensam. Idemq; exorauit tyrannum, ut abire licet ret, quod iā beatus nolet esse. Satis uidetur declarasse Dionisius, nihil ei esse beatum, cui semper aliquis terror impenderet.

*De eius sacrilegio plenissimè apud Cice.
lib. de natu, deorum, tertio.*

No est, è
uita dece

dēdū, nisi
à deo euo

cemur.

Religiose

G. maior
2. de leg.

Pithagoras
Non est iniussū imperatoris, id est dei, de præsidio.
ac statione uitæ decadendum

Pietas maximè, & religio uersatur in animis nostris,
cum rebus diuinis operam damus.

Bias.

Parad. t.

Bias, cuius cum patriam Prienem cœpisset hostis, cœperit si fugeret, & multa de suis secum asportaret. Literæ, Admonitus à quodam, ut idem ipse faceret. Ego uero (in tutissime
quit) facio, Nam omnia mea mecum porto, ille hæc ludus sunt diuina
bria fortunæ, ne sua quidem putauit, quæ nos appellamus tia,
bona.

Isocrates.

3. de ora.

Dicebat Isocrates doctor singularis. se calcaribus in Varia in Ephoro, contrâ autem in Theopompo frenis uti soñere. Alterum enim exultantem uerborum audacia reprimebat, Alterum cunctantem, & uerecundum incitabat.

CC ij

Zeno.

2. de fini. **Z**eno Rhethoricam palmæ, dialecticam pugno similem Eruditè, dicebat, quod latius loquerentur Rethores, dialectici autem comprehensius.

Orat. ad. Zeno ille, à quo disciplina stoicorum est, manu demōstrare solebat, quid inter Rhetorica, & Dialecticam inter esset. Nam cum compresserat digitos, pugnumq; fecerat. Dialecticam diebat eiusmodi esse, cum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem Eloquentiam esse dicebat, hocq; uno solum differre, quod hæc ratio dicendi latior sit, alia loquendi contractior.

Architas Tarentinus.

4. Tuscu. **A**rchitas, cū nullico factus esset iratior. Quo te (in) Tēperat, (quit) modo accepissem, nisi iratus essem.

C. Maior. Nulla capitalior pestis, quam corporis uoluptas homi Voluptas nibus à natura data est, hinc patræ proditio[n]es, hinc reu[magnoru] publicarum euer[s]iones, hinc cum hostibus clandestina col[au]s[am] loquia nascuntur. Nullum deniq; scelus, nullū magnum falso lorum. cinus est, ad quod suscipiendum non libido uoluptatis impellat, stupra uero, & adulteria, & omne flagitium, nullis alijs illecebris excitantur, nisi uoluptate. Et menti nihil est tam inimicum, quam uoluptas, nec libidine dominante, temperantia locus est omnino, nec in uoluptatis regno potest uirtus consistere. Quocirca nihil tam detestabile, tamq; peccatum, quam uoluptas. Si quidem cum maior est, & longior, omne animi lumen extinguit.

3. de orat.

AEschines cum propter ignominiam iudicij cessisset Actio quā Athēnis, & se Rhodum contulisset. Rogatus à Rho tum in dijs legiſſe fertur orationem illam egregiam, quā in Ctesi cendo haſphontem contra Demosthenem dixerat, qua perlecta, penitentia. tum est ab eo postridie, ut legeret illam etiam quā erat contra à demosthene pro Ctesiphonte edita, quam quum suavis sima, & maxima uoce legiſſet, admirantibus omnibus, Quantō (inquit) magis admirare minī, si audiſſetis ipsum? ex quo satis significauit, quantum eſſet in actione, qui orationem eandem, aliam eſſe putaret, aut ore mutato.

Philippus Macedo, ad filium.

2. offic.

NEos tibi fideles putas, quos pecunia corruperis, fir enim deterior qui accipit, atq; ad idem semper expeſtandum paratior, hoc ille filio, sed præceptum putemus omnibus.

Hannibal.

2. de diui.

REx Prusias, cum apud eum Hannibali exulanti Prudenter pugnare placeret, negabat se audere, quod exta & libere prohiberent. An tu (inquit) carunculæ uitulinae, mauis, quām imperatori ueteri credere?

Silenus.

SIlenus à Mida captus cum eſſet, hoc ei pro sua missio Optimum ne dediſſe scribitur, Non nasci homini longè optimum non nasci eſt, proximum autem, quām primum mori.

Apophthegmata,
Cyrus maior moriens apud }
Xenophonem.

C.M.
Nolite arbitrari, o mischarissimi filij, me cum a vobis Animus
descessero, nonquam aut nullum fore, nec enim dum immortales
eram vobiscum, animum meum uidebatis, sed cum essem in lis,
hoc corpore, ex his rebus, quas gerebas intelligebatis. Euna-
dem esse credito, etiam si nullum uidebitis.

Cyrus minor.

C.M.
Cum ad Cyrus minorem regem persarum praesumantur Agricola
tem ingenio, atque Imperij gloria, Lysander Lacedemonius reges.
demonius, ut summae virtutis uenisset ad eum sardis, ei quod
dona a socijs attulisset, & ceteris rebus comemergat. Ly-
sandrum, atque humanum fuisse, & ei quandam agrum diligenter
constitum ostendisse. Cum autem admiraretur Ly-
sander, & proceritates arborum, & directos in quicunq; ordines,
& humum subacta, atque puram, & suavitatem odo-
rum, qui effarentur floribus, tum eum dixisse, Mirari se
non modo diligentiam, sed etiam solertia eius, a quo essent
illa dimensi, & descripta. Et ei Cyrus respondisse, Atqui
ego ipse, sum ista dimensus, mei sunt ordines, mea descri-
ptio, multae etiam istarum arborum mea manu sunt satae.
Cum Lysandrum intuentem eius purpuram, ornatumque
persicum multo auro, mulieris gemmis, dixisse. Recte ue-
ro te Cyre beatum ferunt, quum virtutis tuae fortuna con-
iuncta est.

C.M.
Athenienses sciunt que recta sunt, sed facere nolunt. Vere.

Alexander.

pro Arch.
poet.

Alexander cum in Sigeo ad Achillis tumulum asisti. Poëtarū
tisset. O fortunate (inquit) adolescens, qui tuæ virtu carmini
tis Homerum preconē inuenieris. Et uere, nam nisi illa ars bus res ge
extitisset, idem tumulus, qui corpus cōtexerat, nomen etiā stœ illu
obruiisset. strantur.

Callicratides.

1. offic.

Callacritides, cum lacedemoniorum dux fuisset pelo
ponesaco bello, eiq; consulerent, ut classem ab argi Obstinate
uis remoueret, nec cum Atheniensibus dimicaret, ille respō
dit, Lacedemonios classe illa amissā, aliam parare posse, se
fugere, sine suo dedecore non posse.

Hector Næuanus.

C. luceio
F.S.

Letus sum laudari me abs te pater, & laudato uiro. Egregie
Accius.

3. offic.

Multi iniqui, atq; infideles regno, pauci boni sunt.
Teucer.

5. Tuscu.

Patria est, ubicumq; est bene.
Metrodorus.

5. Tuscu.

Occupaui (inquit) te fortuna, atq; cœpi, omnes adia
tus tuos interclusi, ut ad me aspirare non possis.
Cæcilius.

3. Tuscu.

SAEpe est sub sordido palliolo sapientia.
Euripides.

3. offic.

Ivraui lingua, mentem iniurata gerò.

3. Tuscu.

In Nemo est mortalis, quem nō attingat dolor, mors
busq; multi sunt humandi liberi, rursus creādi, morsq; est
finita omnibus, reddenda est terra, terra, Tum uita omnī.

bus metenda ut fruges, sic iubet necessitas.

Ci. Cæ. Miso &c. desunt græca

fa. 13. T Hesiodus.

C. Leptæ. T Is di arietis &c. quia deficit græcus character.

fa. 6. Hesiodum illud laudatur à doctis, quod eadē mensura

De claris reddere iubet, quia acceperis, aut etiā cumulatiore si possis.

orat. Homerus.

3. Tuscu, N Amiq; nimis multos, atq; omni luce carentes.

statis N Cernimus, ut nemo possit merore uacare.

Quo magis est equū tumulis mandare peremptos.

Firme animo, & luctu lachrimis finire diurnis.

Stacius Cæcilius.

C. Maior A Edepol sene et us si nihil quicquam aliud uitij
aportet secum cum aduenerit, unum id est satis

Quod diu uiuendo, multa quæ non uult uidet.

Tum etiam in sene et a hoc deputo miserrimum.

Sentire ea ætate esse odiosum se alteri.

Anthimachus.

De claris A Nihil machum clarum poëtam ferunt, qui cum con- Elegätes
orat. vocatis auditoribus legeret eis uolumen suum, &
cum legentem omnes præter Platonem reliquissent, legam
(inquit) nihilominus, Plato enim mihi unus instar est oīm.

Antigenidas.

De claris T Ibi cem Antigenidas dixit discipulo sanè frigeti ad Elegätes
orat. populum, mihi cane & musis.

Marcus Anthonius.

orat. ad M Arcus Anthonius, cui uel primas eloquentiae per Eloquens
brut. trum tribuebat etas, uir natura peracutus, & pru nemo.

dolor sue
cedit dolo
ri.

Misera se
nectus.

dens, disertos ait se uidisse multos eloquentem omnino neminem, insidiebat uidelicet in eius mēte species eloquentiae, quam cernebat animo, re ipsa non uidebat.

Scipio Africanus.

5. offic.

Publius Scipio qui primum Africanus appellatus est, Subtiliter dicere solebat nunquam se minus ociosum, quam quū et argutē ociosus, nec minus solum, quam quum solus esset.

2. tuscul.

Africanus, Socraticum Xenophontem in manibus semper Gloria mi habebat cuius in primis laudabat illud, quod diceret eos nulli labores dem labores nō esse aequalē grādes imperatori, ac militi, quod rem ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorum.

1. offic.

Vt equos propter crebras contentiones præliorum, fe Nemo cō rocitate exultantes, domitoribus tradere solent, ut ijs faci fidat nī lioribus possint uti. Sic homines secūdis rebus effrenatos, miū secū sibi persuadentes, tanqā in gyrum rationis, & doctrinæ dis.

4. tuscul.

Cum dissolutus filius, heu me miserum dixisset, tum Africanus seuerus pater, dum modō doleat aliquid, doleat quod lubet, mordeti est optimum cōscientia, post commissum facinus.

4. in uer.

Cū ab Africano, quidam uetus affectator ex numero amicorum, ut impetraret ut se præfectum in Africam ducere, & id ferret molestē. Noli (inquit) mirari si tu à me hoc non impetas. Ego iampridem ab eo cui meam exsistimatio nem harā fore arbitror, peto, ut tecum præfectorus proficiatur, & adhuc impetrare non possum.

2. de ora.

Cum Africanus censor mouebat eum Centurionem, qui in Pauli pugna non affuerat, cum ille se custodiæ causa

Optimū,
cōsciētia
mordeti.

Solerter.

Lepidē &
acutē.

diceret in castris remansisse, quereret quæcūt, ab eo nō
taretur, Non amo (inquit) nimium diligentes.

¶ Fabius Maximus.

C. Maior

Salinatori, qui amissō tarento fugerat in arcem, gloe Subtiliter
Srianti, atq; ita dicenti. Mea opera Quintefabi, Tareno retortum,
tum recepisti. Certe (inquit) ridens. Nam nisi tu amisisses,
nunquam recepissēm.

2. de ora.

Salinatori, cum Tarento amissō, arcem tamen Linius
retinuisset, multaq; ex ea præclara fecisset, cum aliquot
post annos maximus id oppidum cœpisset, rogaretq; eum
Salinator ut meminisset opera sua se Tarentum recœpisse.
Quid ni? (inquit) meminerim. Nunquā ego recepissēm nisi
tu perdidisses.

¶ Cato Censorius.

2. de dñi.

Vetus illud Catonis admodum scitum est, qui mirari Facet;
se aiebat, quod nō rideret. Aruspex, aruspicem cum
uidisset. Quota enim res queq; euénit prædicta ab illis?
aut si euénit quippiam, quid adferri potest, cur non casu id
euenerit?

2. offic.

Cum ex Catone quereretur, quid maximē in refamiliari expediret, respondit bene pascere. Quid secundum, saepe familiari
tis bene pascere, Quid tertium, bene uestire, Quid quartū expediāt,
arrare. Etcū ille qui quæsierat dixisset, quid scenerari, Tū
Cato, quid hominem (inquit) occideret?

C. Ma.

Amicitiae quæ non placent, dissuenda magis, quam de
scindenda sunt.

¶ Scipio Minor.

In Lel. **S**cipio negabat ullam uocem inhumaniorum amicitia, Seuere, potuisse reperiri, quām eius, qui dixisset, ita amare oportere, ut aliquando esset os urus, nec uero se adduci posse, ut hoc quāadmodum putaret, Biantis esse dictum, qui sapiens habitus est unus ē septem. Sed impuri cuiusdam, & ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam. Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse?

In Lelio. Nihile est difficilius, quām amicitiam, usq; ad extreum diem uitæ permanere. Mutantur eum mores sēpe, alias diauersis rebus, alias in grāvescente ætate, aut dirimuntur contētione, uell luxuria conditione, uel cōmodi alicuius, quod idem adipisci uterq; non posst.

In Lelio. In omnibus rebus diligentiores sunt, ut capras, & oves quo quisq; haberet dicere posset, amicos quo habere nō posset, & in illis quidem parandis curam adhibent, in amicis eligendis sunt negligentes.

¶ Scipio Nasica.

z. de orat. **S**cipio Nasica cum ad Enniū uenisset, eiq; ab ostio quesitū Enniū, ancilla dixisset domi non esse, Nasica & lepidē sēsit illā domini iussu dixisse, & illū intus esse. Paucis post diebus, cum ad Nasicā uenisset Ennius, eunq; à ianua quereret, exclamat Nasica se domi nō esse, tum Ennius. Quid, ego nō cognosco uocem (inquit) tuā, hic Nasica, homo es impudens. Ego cum te quererem, ancillā & thā credidi te domi non esse, mihi non credis?

DD ij

z. de orat.

Caius Lælius, cū ei quedā malo genere natus diceret
indignum esse suis maioribus, At Hercule (inquit) Subtiliter
tu tuis hānd indignus.

¶ C. Pontius Sannis.

z. off.

Vtinam (inquit) C. Pontius Sannis, ad illa tempora Avaritia
fortuna me seruasset, & tunc essem natus quando magnæ
Romani dona accipere cœpisset. Non essem paſsus diutius
eos imperare. resp. facia le pereūt.

¶ M. Crassus Orator.

z. de ora.

Ly Helius Lamia deformis cum interpellaret odioſe Salsē &
Crassum, audiamus (inquit) Crassus, pulchellum ingenioſe
puerū. Nō potui mihi (inquit) Lamia, formam ipſe fingere,
ingenium potui, tum (inquit) audiamus disertum.

z. de ora.

Mr Crassus in oratione, quam contra collegam Cen. Prudenter
sor habuit, dicebat. Quæ naturā, aut fortunā daa
rentur hominibus, in ijs se uinci posse & animo aequo pati.
Quæ autem ipſi ſibi homines parare poſſent, in ijs rebus eſe
pati uinci non poſſe.

M. Crassus diues.

z. off.

Mr Crassus, qui ditiſsimus eſt habitus, negabat ullam Avaritiam
ſatis magnā pecunia eſſe ei, qui in republica prin-
ceps uellet eſſe, cuius fructibus exercitū alere non poſſet.

¶ C. Lucilius.

z. de ora.

Caius Lucilius homo doctus, & perurbanus, dicere Argute
ſolebat ea que ſcriberet, neq; ab indoctiſimis, neq;
a doctiſimis legi uelle, quod alteri nihil intelligerent, ale-
teri plus fortasse quam ipſe de ſe.

C At. li. i Atulus cum uidisset quendam ex iudicibus, quos pecunia Claudio corruperat. Quid uos à nobis e. de ora. præsidium postulabatis, an ne nummi uobis eriperentur, timebatis?

Salſe.

Catulus cuidam oratori malo, qui cum in epilo go misericordiam se mouisse putaret, postquam assedit, roganti hunc, uideretur ne misericordia mouisse. At magnam quia dem, inquit) neminem enim puto tam durum, cui non oratio tua miseranda uisa sit.

Argutē.

Siculi cuiusdam iocus.

Lepidē.

C Um Siculo nescio cui, familiaris quidā quereretur, quod diceret uxore suā suspēdisse se deficu, Amabo te (inquit) da mihi ex ista arbore, quos seram surculos.

Scenula.

S Cenula Septimelio illi Anagnino, cui pro. C. Grachi capite erat aurū rep̄sum, roganti ut se in Asiam præfectum duceret. Quid tibi uis (inquit) insane? tanta malorum est multitudo ciuium, ut tibi hoc confirmem, si Romæ manseris, te paucis annis ad maximas pecunias esse uenteruntur.

Ennius.

Pī.

B Enefacta male locata, malefacta arbitror. Quicquid sine detimento potest commodari, id tribuatur cuiq; uel ignoto. Ex quo sunt illa communia, nō prohibere aquam profuentem, pati ab igne ignem capere, si quis uelit consilium deliberanti dare, & quæ sunt hys utilia cui accipiunt, & danti non molesta.

Homo qui erranti † comiti monstrat uiam.

† als cog

Quasi lumen de suo lumine accendat, facit.

miter.

Nihilominus ipsi ut luceat, cum illi accenderit.

3. offic. Ne quidquam sapit ille sapiens, qui ipse sibi prodesse Vere,
nequit.

4. Tusci. Flagiti principium est, nudare inter cines corpora.

5. Tusci. Animus æger neq; pati, neq; perpeti potest, cupere
nunquam desinit.

2. offic. Quem metuunt, oderunt, quem quisq; odit, perisse ex Timeri.
petit.

In Læl. Amicus certus, in re incerta cernitur.

Therentius.

Obsequium amicos, ueritas odium parit. Vere.
In Læl. Omnes cū secundæ res sunt, maxime meditari. Prudenter

3. Tuscul. secum oportet, quo pacto aduersam erumnam ferant.

Pericula dana, exilia, peregre redies semper cogitet.

Aut filij peccatum, aut uxoris morte, aut morbi filia.

Communia esse hæc, ne quid horum unquam accidat
animo nouum.

Quicquid præter spem euenit, id deputandum in lucro.

Theseus apud Euripidem.

Nam qui hæc audita à docto meminisse uiro.

Cōfide
rate.

Futuras mecum commentabar miseras.

Aut mortem acerbam, aut exili⁹ mæstam fugam.

Aut semper aliquam molem meditabat mali.

Vt si qua inuecta diritas casu foret.

Ne me imparatum cura laceraret repens.

M. Cicero.

Philip. 2.

Duo hæc opto, ut moriens populm Romanum liberum relinquam, hoc mihi maius à diis immortalibus Pictari nihil potest. Alterum ut ita cuiq; enierat, ut de Republica quisq; mereatur.

Idem.

Pro Ros.
Amæ.

Is mihi propriè, & solus honor uideretur, quem sis, neq; maiorum commēdatione, neq; per alterius calamitatem affecitus.

Lagnerius

Quod pudet dicere, hoc te pudeat cogitare.

SEQVITVR

LIBER TERTIVS.

THVMANIS. VIRIS, BERENGARIO

Fernando, & Francisco Ferrerio legum docto-
ribus, atq; præceptoribus suis, Petrus
Lagnerius. S.



ANTA sunt uestra in me, uel studia, uel officia, uiri humanissimi partim ut pudeat, toties habere gratiam, partim ut noua mihi forma non occurrat, qua id faciam. Ego enim uos hactenus habui, cui charus æquè fui semper,

EE

ac pericundus, ac si uestiū utriq; esset uel frater, uel filius, itaq; ab eo tempore, quo me in familiaritatē uestram, & amicitiam contuli, memoria teneo, mihi summā uestram benevolentiam, & fauorem, nullo loco defuisse, sed saepius etiā recusanti, & prudenti officium uestrum obtrusisse. Nunc autem quum maximè cupiam, aliquo officij genere, restatiorem animum meum apud uos relinquere, nihil mihi in mentem uenit, quo possum quodcupio, commodè perficere, nisi illud unum, quod uobis omnium credo fore gratissimum, faciam, ut beneficia uestra, quibus respondere non possum, grata recordatione, & memoria colam, maiora sunt enim, & illustriora, quā soluendo ijs esse possit tenuis, et angusta suppellex nostra, nisi hoc nobis forte tribuatur, de quo satis confidimus, ut nos gratiam retulisse, cum habuerimus, existimetur. Quod si nobis detur, haud quamquam uereor, quim magna ex parte reponatur, quod debemus, cum eo uos natos ingenio, & eo iudicio esse intelligentiam, ut ab ijs beneficiū accepisse existimetis, quos insigni alioqui beneficio ornaueritis. Quia nos opinione recreati, nō dubitamus, quin S I M I L I A hæc nostra, & Parabolæ, quibus uos admodum oblectamini, à uobis preuentur. Quæ si paricadore, & eo quo à uobis omnia solēt animo, accipientur, fructū iam nos laboris nostri maximum atque uberem perceperimus. Valete Tholose. no Kalend.

Septem.

M^r. T V L L I I C I
CERONIS PARABOLAE ALI
quot, & Similia.

s.d na d. Thominum membra, nulla cōten-
tione, mente ipsa, ac voluntate mo-
uentur. Sic numine deorum, om-
nia figuntur, mouentur, atq; mu-
tantur.



p cluent. Ut corpora nostra sine mēte,
Sic civitas sine lege, suis parti-
bus, & nervis, ac sanguine, & mēbris, uti nō potest.

s.d na d. Ut nec domus, nec Respublica, ratione quadam, & dia-
sciplina designata videatur, si in ea, nec redē factis p̄-
mia extent ulla, nec supplicia peccatis. Sic mundi diuina in-
homines moderatio, profecto nulla est, si in ea discriminem
nullum est bonorum, & malorum.

s.offic. Ut tutela. Sic procuratio Reipublicæ, ad utilitatem eorū
qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, ge-
renda est.

s.offic. Ut si unumquodq; membrum hunc sensum haberet, ut
posse putaret se uallere, si proximi membra ualerudinem
ad se traduxisset, debilitari, & interire totum corpus ne-
cesseret. Sic si unusquisq; nostrum rapiat ad se commo-
da aliorum, detrahatq; quod cuiq; possit emolumēti sui gra-
tia, societas hominum, communitasq; euertatur necesse erit.

4. ad her. Ut contemnendus est, qui in nauigādo, se, quām nāviam
mauult in columem, ita uituperandus, qui in reip. discrimi-
ne, suæ plus, quām communi saluti consulit.

3. de fini. Ut tauris natura datum est, ut pro uitulis contra leones
summa ui, imperiūq; contendant. Sic iij qui ualent opibus,
atq; id facere possunt, ad seruandum genus humanum, na-
tura incitantur.

3. de fini. Ut leges omnīū salutem, singulorum saluti anteponunt.
Sic uir bonus, & sapiens, & legibus parens, & civilis of-
ficij non ignarus, utilitatem omnium, plus quam unius alicu-
ius saluti consulit.

3. de fini. Ut in membris alia sunt tanquam sibi nata, ut oculi, ut
aures, aliqua etiam cæterorum mēbrorum usum adiuuant,
ut crura, ut manus, sic immanes quedam bestiæ sibi solum
natae sunt.

C. Lē. f. 1. Ut in nauigando tempestati obsequi artis est, etiam si
portum tenere nequeas. Cum uero id possis mutata uilifica-
tione a sequi. Stultū est cum tenere cum periculo cursum,
quem cæperis, potius, quam eo commutato quō uelis tandem
peruenire. Sic omnibus in administranda Rep. propositum
idem esse debet cum dignitate ocium, nec idem semper dia-
cere, sed idem semper spectare debent.

3. de inuē. Ut ex medicina nihil oportet putare proficiisci, nisi quod
ad corporis utilitatem spectat, quoniā eius cauſa est inſtitu-
ta. Sic à legibus nihil conuenit arbitrari, nisi quod reip.
conducat, proficiisci, quoniā eius cauſa sunt comparatæ.

4. ad her. Non quemadmodum in palestra, qui tedas ardēteis ac-
cipit, celerior est in cursu continuo, quam ille qui tradit. Ita

Difſimile

melior imperator nouus, qui accipit exercitū, quām ille qui
decedit, propterea quōd defatigatus cursor integro facē,
hic Imperator, imperito exercitum tradit.

1. off.

Vt nec medici, nec Imperatores, nec oratores, quamvis
artis præcepta percepint, quicquam magna laude dignum
sine usū, & exercitatione consequi possunt. Sic officijs con-
seruandi præcepta traduntur, illa quidem, ut faciamus ipsi.

4. ad her.

Vt Cythareodus cum prodierit optimè uestitus, palla in- Dāda od
aurata, indutus, clamide purpurea, coloribus uarijs itex- pera, ut
ta. Et cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illu- fortunæ
minata. Cytharam tenens exornatissimam auro, & ebore & corpo
distinctam. Ipse preterea forma, & specie sit, & statura ap- ris elegāa
posita ad dignitatē, si tum magnam populo commoueat tiae, per
his rebus expectationem, repente silentio facto uocem emit virtus, &
tat acerbissimā, cum turpissimo corporis motu, quo melius doctrina
ornatus sit, & magis fuerit expectatus, eo magis derisus, respōdes
& contemptus deiçietur. Item si quis in excelsō loco, & in
magnis, & in locupletib⁹ copijs collocatus, fortunæ mu-
neribus, & naturæ commodis omnibus abundabit, si uirtu-
tis, & artium, quæ uirtutis magistræ sunt, egebit, quo ma-
gis cæteris rebus erat copiosus, & illuſtris, & expecta-
tus, eo uehementius derisus, & contemptus ex omni con-
uentu bonorum ejcietur.

7. de legi.

Vt cupiditatibus principum, & uitijis infici solet ciui-
tas. Sic emendari, & corrigi continentia.

Phil. 8.

In corpore si quid est eiusmodi, quod reliquo corpori
noceat, urū ac secari quod nocet patimur, ut memotorum
aliquid potius, quām totum corpus intereat. Sic in reipu-

blicæ corpore, ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum,
amputetur.

S. offic.

Ut membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine,
& tanquā spiritu carere cæperunt, & nocent reliquis par-
tibus corporis. Sic ista in figura hominis feritas, & im-
manitas beluae, à communi tanquam humanitate corporis
segreganda est.

In Valer.

Ut medici membrum sæpe putrefactum incident, atq;
in totum eradicant, ne aliam corporis partem labefactare,
aut corrumpere possit. Sic necesse est, si rem publicam sal-
uam esse uolumus, ut perditissimos homines ex urbe peni-
tus extirpemus, ne corruptus integrō, uiolatus casto, laz-
bem infringat.

S. & na. d.

Ut si medicus sciat eum egrotum, cui iussisset uinum su-
mere, merarius sumpturum, statimq; peritum, magna
sit in culpa. Sic doctus reprehendendus, qui docet eos quos
sciat doctrina peruersē, & improbè usuros.

S. Tuscul.

Ut si grammaticum, se professus quissiam, barbarè lo-
quatur, aut si absurdè canatis, qui se uelit haberi musicum,
hoc turpius est, quo d. in eo ipso peccat, cuius perficitur sci-
entiam. Sic philosophus in ratione uitæ peccans, hoc turpius
est, quod in officio, cuius magister esse uult, labitur, artēq;
uitæ professus, delinquit in uita.

Parad. 5.

Histrion, si paulò se mouit extra numerum, aut si uersus
pronūciatus est syllaba una brevior, aut longior, exibila-
tur, & explo ditur. Vita autem omni gestu moderationior, oma-
niq; uersu aptior esse debet.

3. de fini. Ut histrioni actio, Saltatori motus, non quiuis, sed certus quidam est datus, Sic uita agenda certo genere quodam, non quolibet.
1. off. Ut in fidibus, ac tibiis quamvis paululum discrepent, tamen id a sciente animaduerti solet. Sic uiuendū est in uita, ne forte quid discrepet, uel multo etiam magis, quō maior, & melior actionum, quam sonorum accentus est.
1. off. Ut in fidibus, musicorum aures uel minima sentiunt. Sic nos magna sēpe intelligimus ex partuis.
- Orat. ad Bru. Vi in uita, Sic in oratione, nihil est difficilius, quam quod deceat uidere.
2. de fini. Ut ad cursus equus, ad arandum bos, ad indagandum canis, Sic homo ad duas res intelligendum, & ad agendum mortalis natus est, quasi mortalis deus. Homo deus.
5. de fini. Quemadmodum sēpe fit, ut is qui commendatus sit alicui, pluris eum faciat, cui commendatus sit, quam illum a quo sit. Sic minimè mirum est, primum nos sapientiae commendari, ab initiis naturae, post autem ipsam sapientiam nobis chariorem fieri, quam illa fent, a quibus ad hanc uenerimus.
2. off. Ut obscuratur, & effunditur luce solis, lumen lucernæ, Sic rerum corporatum cestimatio, splendore uirtutis, & magnitudine obscuratur, ac obruatur, atq; intereat necesse est.
2. off. Ut multo maiora sunt opera animi, quam corporis, Sic haeres, quas persequimus ingenio, gratiiores sunt, quam ille, quas uiribus.

Philip. II. *Vi maior est uis animi, quam corporis. Sic sunt gra-*
uiora ea, que concipiuntur animo, quam illa, qua corpore.

3. Tuscu. *Vt membrum turgidum, ac tumidum uitiosè se habet,*
ita inflatus animus, & tumens in uitio est.

1. de fini. *Vt ciuitas in seditione non potest esse beata. Nec in di-*
scordia dominorum, domus. Sic animus à se ipso dissiđēs,
secumq; discordans, nullam gustare partem liquidæ uolu-
ptatis, ac libere potest.

2. Tuscu. *Quemadmodum oculus conturbatus non est probè af-*
fектus ad summum fungendum, & reliquæ partes, reli-
quum ue corpus, cum à statu est motum, officio suo, & mu-
meri deest. Sic conturbatus animus, non est aptus ad exer-
quendum munus suum. Munus autem animi est, ratione
uti.

2. Tuscu. *Vt agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur. Sic animi*
non omnes culti, fructum ferunt.

2. Tuscu. *Vt ager quamvis fertilis, sine cultura fructuofusus esse*
non potest. Sic sine doctrina animus.

3. Tuscu. *Vt medici toto corpore curando, minimæ etiam parti*
secondoluit medentur. Sic philosophia, cū uniuersam agri. Philoso-
tudinem sustulerit, tamen si quis error aliunde exitit, si phia por-
paupertas momordit, si signominia pugnit, si quid tenerus opti-
brarum offudit exilium, semper ad eundem fontem reuer-
tendum est.

1. offi. *Vt equos propter crebras contentiones præliorum, fe-*
rocitate exultantes, domitoribus tradere solent, ut ijs faci-
lloribus possint uti. Sic homines secundis rebus effrena-
tos, sibi persidentes, tamquam in gyrum rationis, & dor-
Sci. Afr.

Arinæ duci oportet, ut perspectiat rerum humanarum imbecillitatem, varietatemq; fortunæ.

4. tuscul. *Quemadmodum temperatia sedat omnes appetitiones, et afficit ut hæ rectè rationi pareant, conseruatq; considerata iudicia mentis, Sic huic inimica intemperantia, omnē animi statum inflamat, conturbat, incitat.*

3. tuscul. *Vt medici, causa morbi inuenta, curationem esse inueniant putant, Sic nos egritudinis causa reperta, medendi facultatem reperiemus.*

3. Tuscu. *Qui suos casus aliter ferunt, atq; ut alijs authores fuerunt, nō sunt uitiosiores, quam ferè pleriq; qui auari avaros, gloriæ cupidos, gloriosi, reprehendunt.*

3. Tuscul. *Vt in causis non utimur semper eodem statu, sed ad tēpus, ad controversiæ naturam, ad personam accommodamus. Sic in ægritudine lenienda: Nam quam quisq; curationem recipere possit, uidendum est.*

2. Tuscul. *Vt sit in prælio, ut ignavus miles, actimidus, simul ac uiderit hostem, abiecto scuto fugiat, quantum possit, ob eamq; causam pereat nonnunquam, etiam integro corpore, cum ei qui steterit nihil tale euenerit. Sic qui doloris speciem ferre non possunt, abijciunt se, atq; ita afflicti, exanimati iacent. Qui autem resisterūt, discedunt sæpissime superiores.*

2. Tuscul. *Vt onera contëtis corporibus facilius feruntur, remissis opprimuntur. Sic facillimè animus intentione sua, pressum depellit omnium ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere.*

4. Tuscu. *Vt natura alius ad aliquem morbi proclivior. Sic ani-*

mus alius ad alia uitia est propensior.

4. tuscul. Ut turpes sunt qui se efferunt letitia, tum cum fruuntur uenitie voluptatibus. Sic flagitosi, qui eas in flammatio animo concupiscunt.

2. de fini. Non est neesse, tanquam meretricem in matronarum cætum. Sic uoluptatem in uitatum concilium adducere.

1. de fini. Ut medicorum scientiam non ipsius artis, sed bona uæ letudinis causa probamus, & gubernatoris ars, quia bene nauigandi rationem habet utilitate, non arte laudatur. Sic sapientia quæ ars uiuendi putanda est, non expeteretur, si nihil efficeret, nunc expetitur, quia est tanquam artifex conquirendæ, & comparande uoluptatis.

C.Q. fr. Quemadmodum gubernatores optimi, uim tempestatis, Sic sapientes fortunæ imperium superare non possunt.

2. de ora. Sicuti medico diligenti priusquam conetur egro adhibere medicinam, non solum morbi eius cui mederi uoleat, sed consuetudo ualētis, & natura corporis cognoscēda est. Sic equidem cū aggredimur ancipitem caussam, & grauem, ad animos iudicium pertractandos, omni mente in ea cogitatione, curāq; uersari debemus, & odorari, quam sagacis simē possumus, quid sentiant, quid existiment, quid expecent, quid uelint, quó deduci oratione facillimè posse uidentur.

3. de ora. Ut nulla materies tam facilis ad exordendum est, quæ nisi admoto igni ignem concipere possit. Sic nulla mens est tam ad comprehendendam uim oratoris parata, quæ possit incendi, nisi inflammatus ipse ad eam, et ardens accesserit.

Z. de ora. Ut cum in sole ambulamus, etiam si aliam ob causam ambulemus, sit natura tamē, ut coloremur, Sic cū dōrum libros studiosius legimus, sentimus orationem nostrā illorum canū, quasi colorati.

I. de orat. Ut qui pila ludunt, etiam si non utuntur in ipsa lusione artificio p̄prio palestræ. Sed indicat ipse motus, didicerint ne palestram, an nesciant. Et qui aliquid fingunt, & si tum pictura nihil utuntur, tamen utrum sciant pingere, an nesciant, non obscurum est. Sic in dicendo facile declaratur, utrum is qui dicat, ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit:

In Valer. Ut gemme quamvis abijciantur in lutum, fulgore remanent, & proprietatem non amittunt. Sic multis, qui quamvis in tenebris inuoluti fuerint, non tamen optimam natu ram, quam non ab homine, sed ab ipso deo genitam putamus, non amiserunt.

S. de fini. Ut membra nobis ita data sunt, ut ad quandā rationem uiuendi data esse appareant. Sic appetitio animi, non ad quodvis genus nitæ, sed ad quandam formam uiuendi uideatur data, itemq; & ratio, & perfecta ratio.

I. offi. Ut in corporibus magnæ dissimilitudines sunt. Alios enim uidemus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctā dum ualere. Itemq; in formis, alijs dignitatem inesse, alijs uenustatem. Sic in animis, existunt etiam maiores uarietates.

Pro Mu. Ut in græcis artificib; aiunt eos Aulædos esse, qui Cythare di fieri non potuerūt. Sic nonnullos uidemus, qui oratores euadere nō potuerūt, eos ad iuris studiū deuenire.

3. de fini. Ut qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere. Sic nemo ulla in re potest id quod malum decernit, non curare, idq; timere.

4. ad her. Ut equus indomitus, quamvis natura bene compositus sit, idoneus nō potest esse, ad eas utilitates, & aptus adea, quæ desiderātur ab equo. Sic homo indotus, quamvis ingeniosus, ad virtutem non potest peruenire.

i. de inuē. Ut locus i mari sine portu nauibus esse nō potest tunc, Sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse, in ijs rebus, quæ sub eandem ratione cadunt.

3. off. Ut qui stadium currit, eniti, & contendere debet, quām Chrysip maximē pos̄it, ut vincat, supplātare qui cum certet, aut manu depellere, nullo modo debet. Sic in uita, sibi quemq; pertere, quod pertineat ad usum, non iniquum est, alteri surripere ius non est.

Pro Ros. Ut non omnem frugem, atq; arborem, in omni agro reperire possis; Sic nō omne facinus, in omni uita nescit.

Amæ. Ut ignis in aquam coniectus, continuo restringitur, refrigeratur, Sic referens falsum crimen, in purissimam, & castissimam uitam collatum, statim concidit, & extinguitur.

